




5

WASHINGTON DOCUMENT CENTER

	~~SHIPMENT~~ No.	DOCUMENT No.
ATIS		
JICPOA	53	77
CBI	WDC (ADV)	
SEATIC		
SHAEF		
AFHQ, MED.		

CLASSIFICATION Arabic Lit

№ 290078

1

6 AUG 1946
(DATE IN)

(WHERE FOUND)

(DATE FOUND)

NAVY
ARMY

DISPOSITION

GPO 16—43608-2



PROLEGOMENA

AD EDITIONEM DUARUM IBN ZEIDOUNI EPISTOLARUM
ET COMMENTARIORUM QUIBUS AB IBN NABATA
ET SAFADIO SINGULAE ILLUSTRATAE SUNT.

SPECIMEN CRITICUM,

EXHIBENS

Locos Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno,

EX MSS. CODICIBUS BIBLIOTHECAE LUGD. BAT. ET GOTHANAE EDITOS, LATINE REDDITOS ET ANNOTATIONE ILLUSTRATOS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

PRAESIDE VIRO CLARISSIMO

HENRICO ARENTIO HAMAKER,

L. L. O. O. PROF. ORDINARIO ET LEGATI WARNERIANI INTERPRETE,

DIE MARTIS XIV JUNII MDCCCXXXI, HORA XII—I,

In Auditorio Majori,

AD PUBLICAM DISCEPTATIONEM PROPONIT

HENRICUS ENGELINUS WEYERS, *HOLLANDUS,*
Theol. Doctor.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos,

1831.

VIRIS DOCTRINAE LAUDE CELEBRATISSIMIS

LITERARUM ORIENTALIUM IN ACADEMIA L. B.

PROFESSORIBUS

JOHANNI HENRICO VAN DER PALM,

QUEM DOCTOREM ET INTERPRETEM QUAM PLURIMUM ADMIROR ET SUSPICIO,

QUEM INSIGNITER MIHI BENEVOLUM GRATISSIMUS COLO ET VENEROR,

ET

ET

HENRICO ARENTIO HAMAKER,

CUJUS IMMORTALIA IN DISCIPLINAM SUAM MERITA OMNI LAUDE MAJORA SUNT,

QUI UT FILIO MIHI FAVIT, QUEM UT PATREM AMO AC DILIGO,

primum hoc meum e literis Orientalibus specimen,

pio animo obsecutus,

Do Dono Dedico.

قَالَ مُؤَلِّفُ هٰذَا ٱلْكِتَابِ

مُخَاطِبًا مُعَلِّمَهُ ٱلْحَكِيمَ، وَمُحَاسِنَهُ ٱلْكَرِيمَ،

أَوْحَدَ ٱلْعُلَمَاءِ وَٱلْأَدَبَا، وَأُعْجُوبَةَ ٱلْقُرَبَاءِ وَٱلْغُرَبَا،

وَٱلْأُدَبَا *scribendum est*

ٱلْأَمَامَ ٱلْأُسْتَاذَ هَنْدَرِكَ آرَنْدَ بْنَ هَامَقَر

ٱلْإِمَامَ ٱلْأُسْتَاذَ *et sic posso. Conf. Sacy Gr. 1. 25 in annot.*

يَا مَنْ فَدَتْهُ مِنْ دَوَاهٍ تَدْهَمُ نَفْسِى وَجُمْلَةُ مَا عَلَيْهَا مُنْعَمُ

لَا بُدَّ مِنْ إِظْهَارِىَ ٱلْقَوْلَ ٱلَّذِى قَدْ طَالَ مَا صَدْرِى بِكَتْمِهِ مُؤْلَمُ

وَٱللّٰهِ لَا أُبْدِى لِأَجْلِكَ حُسْنَ مَا لَكَ حَلَّ فِى قَلْبِى فَأَنْتَ لَأَعْلَمُ

لِأَجْلِكَ — لَأَعْلَمُ.

لٰكِنْ لَدَىَّ إِلَى ٱلتَّشَكُّرِ حَاجَةٌ وَٱلنَّاسُ كُلُّهُمُ ٱلسُّكُوتَ يَلُومُ

وَلَأَتَّقِى أَنَا أَنْ يَرَوْنِى كَافِرًا وَٱلْكَافِرُ ٱلنَّاسِى ٱلْمُجَامِلَ أَلْأَمُ

وَلَأَتَّقِي — أَلْأَمُ.

مَا إِنْ أُوَدِّى مِنْ ثَنَائِكَ حَقَّهُ بِذَمِيمِ ذَا شِعْرِى فَإِنِّى أَعْجَمُ

وَلَوِ ٱسْتَعَرْتُ مِنِ ٱبْنِ زَيْدُونَ ٱلْكَلَا مَ فَضَوْءُ سِحْرِهِ فِى ٱمْتِدَاحِكَ غَيْهَمُ

لَيْسَ ٱلصِّفَاتُ ٱلْجَمَّةُ ٱلزُّهْرُ ٱلَّتِى لَكَ مَنْ يُفَهِّمُهَا وَلَا مَنْ يَفْهَمُ

أَلْفِكْرُ فِيهَا لِلْعُقُولِ كَأَنْ تَرَى فَلَكًا عَلَيْهِ بِلَا عِدَادٍ أَنْجُمُ

مِنْهَا ذَكَاءٌ كَانَ وَدَّ إِيَاسٌ ٱلْبَصْرِىُّ لَوْ لَهُ مِنْ نَابِتِهِ مِيسَمُ

عَزْمٌ مَضَاؤُهُ فِى ٱلْأُمُورِ كَمَا مَضَتْ بِيضُ ٱلسُّيُوفِ أَوِ ٱلسِّنَانُ ٱللَّهْذَمُ

ذِكْرٌ يَعِى مَا كُنْتَ عِنْدَهُ مُودِعًا لَا ضَمَّ ضِعْفَهُ مِنْ مِيَاهِ خِضْرِمِ

وَكَأَنَّ كُلَّ ٱلنَّاسِ أُنْثَى جَاهِلًا وَٱلْعِلْمَ قَاطِبَةً إِلَيْكَ مُلَمْلَمُ

وَلَكَ ٱللِّسَانُ ٱلْأَبْلَغُ ٱلطُّلُقُ ٱلَّذِى مِنْهُ ٱلْكَلَامُ كَمِثْلِ سَيْلٍ يَسْجُمُ

وَعَلَى جَمَاعَةِ مَا خُصِصْتَ بِهِ أَشَدُّ ٱلنِّيفِ خَيْرٌ حَاتِمِىٌّ أَكْرَمُ

لِى مُنْذُ عَشْرِ سِنِينَ مِنْكَ مَحَاسِنٌ كَثُرَتْ كَرَمْلٍ فِى ٱلسَّوَاحِلِ يُكْتَمُ

وَوَرَتْ بِقَدْحِكَ مِنْ قَرِيحَتِى ٱلزِّنَا دُ وَحَبْلُ أَمْلِى بِٱعْتِنَائِكَ مُبْرَمُ

مَا عِشْتُ لَا أَنْسَى ٱلَّذِى أَوْلَيْتَنِى لَا ٱلدَّهْرَ رَسْمُهُ مِنْ ضَمِيرِىَ يَطْسِمُ

أَللّٰهُ أَبْقِهِ لِى فَإِنَّهُ لِى أَبٌ فَلَئِنْ عَدِمْتُهُ كُنْتُ وَلَدًا يَيْتَمُ

أَللّٰهُ أَبْقِهِ لِلْعُلُومِ فَلَا يَكُنْ بِغُرُوبِ تِلْكَ ٱلشَّمْسِ لَيْلٌ مُظْلِمُ

تم





P R O L E G O M E N A.

Ut primum me praeclarus ille meus in hoc studiorum genere dux Hamakerus, eo provectum esse suâ institutione judicavit, ut jam legendis explicandisque manu scriptis Arabum codicibus non omnino vanam possem operam dare, in manus mihi tradidit Ibn Nabatae librum, quo commentarius continetur ad celebratam illam Ibn Zeidouni epistolam, quae superiore saeculo a Reiskio in lucem prolata est (1); suasitque, ut hunc integrum in linguam Latinam versum, et quantum oporteret, annotatione illustratum, pro specimine meorum in literis Orientalibus progressuum aliquando ederem, seque disputationis praeside, quod in primis ipse votis habebam, publice defenderem. Nec levis amantissimo viro causa fuit, cur in hoc potissimum libro ut elaborarem mihi auctor esset: cum enim Bibliotheca nostra publica duo illius exempla offerret, alterum (2) non male, alterum (3) satis composite exaratum, hanc autem rem non mihi tantum, utpote ad artem rudi, insigni commodo, sed ad bonitatem quoque editionis permagno fore adjumento sentiret; tum ipsa libri ratio praecipuum suasionis momentum fecit: uti enim, quod ad verba attinet, nec facilior est, quam ut ex ejus tractatione satis in quemcunque Arabum linguae studiosum, nedum in tironem, utilitatis redundet, nec tales habet difficultates, quales ab hoc, minutatim procedente, non tolli pleraeque ac superari possint: ita res ipsae, quas continet, ad historiam unice spectantes, tanto se pretio tantâque varietate commendant, ut non parvi interesse literarum reipublicae videatur, eum integrum vulgari; quod sentientes praeter Reiskium jam plures fuerunt doctissimi viri, qui hujus rei olim prae-

---

(1) Abi'l Walidi Ibn Zeiduni Risalet, seu Epistolium. Arab. et Lat. cum notulis edidit J. J. Reiske. Lipsiae 1755. 4. Repetivit hanc editionem J. F. Hirtius in Institutionibus Arab. linguae, Jenae 1770. 8. pag. 483—515.

(2) Inscriptum numero 705 (Catal. 1577).

(3) N. 817 (1581). Catalogus autem in universo hoc loco male se habet.

standae vota facerent, suâve laudatione ad eam aggrediendam impellerent (1). Nec debere me ait a totius libri editione idcirco abstinere, quod pars ejus jam a Rasmusseno in lucem esset emissa (2): hunc enim et per criticam textus Arabici rationem, et per suam translationem non pauca emendanda reliquisse, deinde huic operi nullam fere annotationem adjunctam esse, quae tamen plurimis in locis maxime requireretur; denique multo magis eruditorum votis satisfactum iri, si Ibn Nabatae commentarium unâ serie typis expressum acciperent, quam si partes ejus hîc et illic dispersae jacerent. Quibus ego monitis facile obsecutus, manum operi admovi, et postquam libri lectionem ad finem perduxeram, sic statui, Hamakero sane quam optimi consilii hîc quoque laudem tribuendam esse, mihi autem, modo illius auxilium ita in posterum praesto esset, ut jam nullo defuisset tempore, nequaquam desperandum esse de incepto ita brevi exsequendo, ut in successu ejus mihi pro meis certe viribus possem placere: quam spem inprimis auxit beneficium Sacyi, viri in his literis unici et gloriam doctrinae suae humanitate aequantis, cum per Hamakerum roganti mihi codicem Ibn Nabatae, quem ipse possidet ex bono exemplari descriptum, lubens transmiserit; quae res quantum mihi profuerit, lectori cuique dein apparebit: quamvis enim uterque Leidensis sat magno sit pretio, non prius tamen, quam Sacyanum illum conferre licuerit, certa mihi persuasio exstitit, fore ut exemplum omni fere ex parte perfectum prelo posset subjici. Jam vero, antequam ea quae parassem diligentius retractarem et absolverem, sapienter Hamakerus monuit, ut de ipso epistolae auctore, Ibn Zeidouno, curiosius inquirerem, quaeque de vitâ ejus ac rebus gestis scriptisque passim prodita reperirem, sedulo collecta in usum converterem; tum ut de pluribus illis, qui hanc epistolam explicuissent, interpretibus explorarem, ac tandem illius, cujus commentarium editurus essem, pleniorem mihi notitiam acquirerem: hanc enim materiam esse, ex quâ disputationem, operi ipsi praemittendam parari oporteret, in eâque hoc magis esse deditâ operâ elaborandum, quo minus adhuc publica et vulgaris esset, majoresque haberet utilitates. Cum igitur, ut hoc propositum persequerer, reliquarum Bibliothecarum catalogi necessario percurrendi essent, tum eos jam libros attentius considerandos esse duxi, quibus in catalogo nostro numeris 1576 (109), 1578 (770), 1579 (733) et 1580 (791) notatis, falso quidem traditum est commentarios ad eandem epistolam contineri, sed quibus tamen aliquid inesse posset, ad rem nostram augendam idoneum. Uti autem reliquorum perscrutatio nihil,

(1) Conf. Reisk. l. l. praef. p. VI, et Sacy in Journal des Savans, 1821. pag. 684 seqq.

(2) Additamenta ad Historiam Arabum ante Islamismum, excerpta ex Ibn Nabatah, Nuveirio atque Ibn Koteibah. Arab. edidit et Lat. vertit Janus Lassen Rasmussen. Hauniae, 1821, 4. In hunc igitur librum, de quo judicium suum Sacyus l. l. exposuit, vir jam defunctus ex Ibn Nabatae commentario ea capita recepit, quae ad rationem operis sui pertinerent; caetera omnia, ut ab hac aliena, missa fecit.

ita ultimi plurimum profuit, utpote quem comperi commentarium exhibere Safadii, non ad hanc epistolam, sed ad aliam ejusdem auctoris, quam carcere inclusus ab Ibn Djahware, Cordobae Rege, ad hunc recuperandae libertatis causâ perscripsit. Nec solum quod in ejus operis introitu de Ibn Zeidouni vitâ relatum inveni, quaeque ex carminibus illius ibidem in medio sunt posita, aliquanti esse pretii visa sunt, ad hujus viri notitiam enucleatius impertiendam, verum ipsum quoque perlustranti mihi tantâ se commendavit rerum exquisitissimarum copiâ, tantaque obtulit praesertim literariae Arabum historiae momenta, ut mox consilium ceperim, hoc quoque in lucem proferendi, ejusque et Ibn Nabatae commentariorum editionem, duorum instar unius operis voluminum, inter se conjungendi. Quod consilium cum Hamakero aperuissem, et huic omnino probaretur, mihi firme constitit, spe nixo, fore ut a quopiam eruditorum eandem, quae a Sacyo contigit, gratiam nanciscar, commodato codice, quo ad Leidensem unum adhibito loca obscura et dubia tutius quam conjecturâ factâ expediantur (1). Jam hunc in modum operis ipsius magnitudine amplificatâ, consecutum ultro est, ut prolegomenis quoque nova aliqua adjungeretur accessio: cum enim antea res postulasset, ut in his de Safadio catenus tantum verba fierent, quatenus de reliquis, qui candem atque Ibn Nabata epistolam explicuissent, mentionem injici oporteret (2): nunc, cum ipsum illius viri librum edituri sumus, huic etiam peculiaris assignandus locus fuit, quo de rebus ejus distinctius exponatur.

Haec breviter praefanda videbantur, partim ut lectori adumbraretur universi nostri operis ratio, partim vero etiam, ut probaremus ei divisionem, quam in adornandis hisce prolegomenis secuti sumus: nempe quorum primum caput ea continebit, quae ad ipsum utriusque epistolae auctorem, Ibn Zeidounum, spectant; alterum de charactere illius epistolae, quam priore loco diximus, de diversis ejus interpretibus, inprimis de Ibn Nabatâ, ac de codicibus, quibus ad hujus commentarium edendum usi sumus, exponet; in tertio denique de charactere alterius epistolae agetur, de interprete ejus Safadio, ac de codice, vel, ut spero, de codicibus, quibus ad hujus quoque librum vulgandum uti licuerit. Ad ipsam vero rem transiens, ut tuam, qui lecturus es, indulgentiam imploro, et multo magis implorarem, ni ad errores sat multos jam Hamakeri manus medicinam adhibuisset, ita hîc inprimis te rogatum volo, majorem horum prolegomenorum ambitum ne prius vitio vertas, quam de inutili et supervacuo labore tibi firmis de causis persuasum fuerit.

---

(1) Exstant exempla hujus libri in Bibl. Bodlej. (conf. Catal. a Joh. Uri confectus, p. 256. N. 1240. 2.) et in Bibl. Escurial. (conf. Casiri I. p. 144. N. 495. et p. 159. N. 540.)

(2) Nimirum teneat lector, etiam hanc epistolam non minus quam alteram a Safadio commentario illustratam esse, cujus exemplum servatur in Bibl. Bodlej. (Cat. p. 256. N. 1240. 1.)

CAPUT PRIMUM.

DE IBN ZEIDOUNO, ARABUM HISPANORUM POETA CELEBRATISSIMO.

De Ibn Zeidouni vitâ doctrinaeque laude expondituro, non edita scripta, utpote quae super hoc argumento nihil fere continent, prodesse potuerunt, sed adeundi fuerunt manu scripti codices, et ex materie, quam passim hi praeberent, unum quoddam componendum corpus fuit. Et maximo quidem usui tum illa exstiterunt, quae hac de re in Ibn Khallecanis opere et in introitu commentariorum Ibn Nabatae et Safadii occurrunt, tum quae ab Hadji Khalifâ et ab aliis enucleatius breviusve relata sunt: quorum libros, cum in bibliothecâ nostrâ serventur, aut statim mihi usurpandos indicavit Hamakerus, aut alium ex alio repertos in manus tradidit. Nec mihi tamen quae ab his memoriae prodita inveneram plane satisfecerunt, nec in iisdem ille, quo magno est in literis animo, acquiescendum esse duxit: quare, cum in catalogo Bibliothecae Gothanae descriptum vidisset exemplar Ibn Khacanis libri, cujus viginti paginis de Ibn Zeidouno ageretur, statim ad praefectum ejus Moellerum, perspecto ipsi officio virum, literas misit, rogavitque ut usum ejus aliquantisper nobis vellet concedere: hic autem tantum abfuit, ut benevolentiae suae spem frustraretur, ut confestim nos voti compotes fecerit. Et sane istius consilii nullo me modo poenitet: quamvis enim qui ex illo opere excerpendi loci fuerunt, mirum quot difficultates mihi attulerint, nec raro tales, quales ipse quidem, nisi paratior illa manus adjuvisset, removere non potuissem: jam, postquam labor exhaustus est, tam insigne momentum inde ad hujus capitis, si qua est, perfectionem accessisse arbitror, ut molestiam longe superasse fructus videatur. Itaque congestis paratisque, unde locum hunc substruerem, omnibus, cogitavi quaenam ratio instituenda esset, ut nec quidquam, cujus communicatio aliquâ ex parte foret utilis, omittere cogerer, nec ordo manifestus in scriptione desideraretur; et cum duae quidem viae se menti offerrent, altera ut cujusque auctoris verba, quatenus res continerent a caeteris non traditas, integra primum referrem, ac dein quae ex his omnibus conficienda viderentur, brevi repetitione summatim exponerem; altera ut quae reperissem meis ipse verbis statim lectori impertirem, adjunctis vel in fine paginarum vel in exitu disputa-

tionis auctorum testimoniis: illa mox unice placuit, partim quod facilius sic alia ab aliis internosci possent, partim quod minor metus esset, ne orationis series multifariam interponendis quaestionibus abrumperetur, maxime vero etiam, quod commodior se locus offerret, ea quae Arabice traderemus, curiosius tractandi additâque annotatione illustrandi.

Quam igitur dixi rationem secutus, jam hîc in medio ponam ipsa ea, quae apud Arabes de Ibn Zeidouno scripta inveni, et temporis quidem ordini ita obtemperabo, ut qui prius scripserit, huic priorem etiam locum in editione tribuam; simul vero hanc observabo legem, ut quae apud plures auctores eadem exstent, (quae res praesertim in carminibus frequens est,) haec semel tantum referam, postea omissionem factam lectori significans: ejusmodi igitur locos ibi describam, ubi in antiquissimo quoque sunt obvia, excepto tantum, si recentior aliquis vel plura addendo rem plenius tradiderit, vel talia praemiserit, quae ad veram loci sententiam intelligendam usui sint; semper autem, ubi e diversis illis rivulis varietas lectionis se obtulit, hanc quantum par est communicabo, et in exemplum ipsum typis expressum ea recipiam verba, quae potissimum germana videantur. Porro in vocalibus adscribendis, inprimis suadente Hamakero, hoc praestare conatus sum, ut ubicunque sine lectoris incommodo abesse non possent, studiose eas adderem: quare cum persaepe quidem in hujusmodi locis eas codicum auctoritate plane destitutus adjecerim, ibi tamen, ubi ipsi illi eas accurate exhiberent, copiosius etiam et ultra quam ad istud propositum persequendum necesse esset, exemplum editum iis instruere non inutile duxi. Denique ante carmina omnia et ante versus etiam singulares, qui passim occurrunt, metra quam brevissime potest indicabo iis nominibus praemissis, quibus ab Arabibus ipsis a se invicem ea discerni solent.

Auctorum omnium, quorum loci referendi sunt, princeps aetate est Ibn Khacan: quo circa ab hoc initio ducto, pauca de viro ipso, de opere ejus ex quo partes edendas excerpsi, et de codicibus quibus usus sum, praefabor.

De Ibn Khacane haec in Ibn Khallecanis opere (in Tydem. Indice N. 536) scripta sunt: ابو نصر الفتح بن محمد بن عبيد الله بن خاقان القيسى الاشبيلى صاحب كتاب قلائد العقيان له عدة تصانيف منها الكتاب المذكور وقد جمع فيه من شعراء العرب طائفة كبيرة [a] وتكلم على ترجمة كل واحد منهم باحسن عبارة والطف اشارة وله ايضا كتاب مطمح الانفس [b] ومسرح الانفس" فى ملح اهل الاندلس وهو ثلاث نسخ كُبرى ووسطى وصغرى وهو كتاب كثير الفائدة لكنه قليل الوجود فى هذه البلاد وكلامه فى هذه الكتب يدل على فضله وغزارة مادته وكان كثير الاسفار سريع التنقلات وتوفى [c] قتيلا سنة خمس وثلاثين وخمسماية بمدينة مراكش فى الفندق وقال الحافظ ابو الخطاب بن دحية فى كتابه الذى سماه

a) In Cod. L. est كثيرة. b) In L. est وشرح التنافس. c) In L. est قتلا.

المطرب من اشعار اهل المغرب انى لقيت جماعة من اصحابه وحدثونى عنه بتصانيفه وعجائبه وكان [a] خليع العذار فى دنياه لكن كلامه فى تواليفه كالسحر الحلال والماء الزلال قتل [b] ذبيحا فى مسكنه بفندق من حضرة مراكش صدر سنة تسع وعشرين وخمسماية رحمه الله تعالى وان الذى اشار بقتله امير المسلمين ابو الحسن على بن يوسف بن تاشفين هذا كله لفظه وامير المسلمين المذكور هو اخو ابى اسحق بن تاشفين الذى الف له ابو نصر المذكور كتاب قلائد العقيان وقد ذكره فى خطبة الكتاب ☆

Abou Nasr Alfath ben Mohammed ben Obaidollah ben Khacan, e tribu Caisitarum, Hispalensis, auctor libri Monilium auri. *Scriptiones magno numero confecit, inter quas est liber quem diximus, in quo mentionem conjunxit de ingenti multitudine poëtarum Arabum, et in loco singulis eorum proprio ita verba fecit, ut pulchrarum locutionum usu et scoporum subtilitate inprimis excelluerit. Ejusdem quoque est liber inscriptus* Locus quo sese efferunt oculi et pascuum animorum de facetiis incolarum Hispaniae (1), *cujus tria exempla sunt, maximum, medium et minimum: atque hic liber insignis est utilitatis, sed in his regionibus raro invenitur. Oratio autem, quâ in his libris usus est, indicia*

---

a) In L. est مخلوع. b) In L. est ذبحا.

(1) Hadji Khalifa de hoc opere refert sequentia: مطمح ومسرح القانس فى ملح اهل الاندلس لابى الفتح نصر بن عيسى بن خاقان القيسى الاشبيلى الوزير المتوفى سنة خمس وثلثين وخمسماية وهو ثلث نسخ كبير ووسط وصغير اول صغيره اما بعد حمد الله الذى اشعر لنا الهاما الخ جعله ثلثة اقسام الاول فى الكتّاب والبلغاء والثانى فى العلماء والقضاة والفقهاء والثالث فى الادباء. In quibus verbis non necesse visum fuit, ut pro formis masculinis كبير, وسط et صغير substituantur foemininae, quae referantur ad nomen نسخة; puto enim subintelligi masc. كتاب ut in antecedenti وهو. Eundem librum commemoravit Herbelot. in v. *Caissi*, male tamen titulum vertens; quem uti in duobus Ibn Khallic. exemplis diversâ ratione scriptum esse tradidi, ita hîc alia etiam diversitas obtinet; nec dubito quidem, quin in Ibn Khall. P. lectio bene se habeat, et a diversis scribis ideo corrupta fuerit, quod molesta videretur repetitio ejusdem nominis الانفس; quae tamen, si in priore loco huic *oculorum* (conf. inprimis Meninskii lex. in v. نفس) vel, si hoc minus probatur, *desideriorum*, in posteriore *animorum* notionem tribuis, plane accommodata est Arabum ingenio et consuetudini. Quod autem ad formam مَطْمَح attinet, ea a verbo طمح ducta, vi suâ significat *locum, ad quem* adspectus *tollitur*. Sic in Ibn Khacanis libro قلائد العقيان, MS. G. p. 6, hic de Rege Motamedo locus est: وكانت حضرته مطمحا للهمم ومسرحا لامال الامم: *Praesentiâ ejus frui illud erat quo hominum curae se efferebant, et in quo pascebatur populi spes.* Ad quem locum in margine hoc scholion legitur: قوله مطمحا من قولهم طَمَحَ فى الطَّلَب ومن قولهم طَمَحَ بَصَرُه اليه كمنع ارتفع ☆

fert bonitatis ingenii ejus; et ubertatis materiae ejus. Saepe itinera fecit, et celeriter ab uno loco ad alterum migravit. Obiit interfectus anno 535 in urbe Marochi in diversorio. Dixit Alhafedh Abou-l-Khatthab Ben Dihja in libro suo, quem inscripsit Musicos locos e carminibus incolarum Maghrebi (1): *Occurri aliquot sodalibus ejus, ac narraverunt mihi de illo commemorantes scriptiones ejus et admirabiles res ejus: erat autem dissolutis moribus in vitae suae ratione, at oratio, quâ in scriptiönibus suis usus est, fascinationi licitae (poësi) et aquae limpidae similis est. Necem passus est jugulatus in habitaculo suo in diversorio aliquo urbis regiae Marochi, initio anni 529; Deum O. M. illius misereat. Qui autem mandatum dedit caedis ejus, est Imperator Moslemorum Abou-l-Hasan Ali ben Iousof ben Taschfin (2). Haec omnia sunt verba illius auctoris. Imperator autem Moslemorum quem dixit, est frater Abou Ishaki Ben Taschfin (3), cujus in gratiam hic Abou Nasr composuit librum Monilium auri, ac mentionem ejus fecit in libri introitu.*

---

(1) Hadji Khalifa quoque simpliciter haec habet: مطرب من اشعار اهل المغرب لابى الخطاب بن دحية, unde non magis constat de proprio viri nomine; at in Ibn Khall. opere (conf. Tydem. Consp. No. 508) vita ejus exstat, et hoc ejus nomen fuisse proditur: ابو الخطاب عُمر بن الحسن بن على بن محمد الجُمَيل بن فرّح بن خَلَف بن قَوْمِس بن مَزّلال بن مَلّال بن بدر بن احمد بن دَحْية بن خليفة بن قروة الكلبى المعروف بذى النَّسبَيْن الاندلسىّ البلنسىّ الحافظ. Ibidem quoque natus esse legitur anno H. 544, et mortuus anno 633 in urbe Cahirae, plurimaque scripta reliquisse: hujus autem singillatim non fit mentio.

(2) Notum est ex Condei libro de Arabum regno in Hispaniâ (conf. Gesch. der Herrschaft der Mauren in Spanien von Dr. Don Jos. Anton Conde, aus dem Spanischen übersetzt von Karl Rutschmann II. p. 197, 198 et 293) hunc Alium natum fuisse anno H. 477, patri Josepho successisse anno 500, et mortem obiisse anno 539. Quod autem ad titulum أمير المسلمين attinet, hic proprius fuit Josepho ben Taschfin ejusque posteris, Morabitharum Regibus, utpote qui, cum Khalifarum Abbasidarum auctoritatem agnoscerent, eandem atque hi gerebant, appellationem (أمير المومنين) sibi arrogare noluerunt. Memoriae tamen proditum est, Josephi successorem Alium a populo أمير المومنين dictum fuisse; conf. Conde l. l. II. 199.

(3) Ibn Khall. in vitâ Josephi ben Taschfin (Tydem. N. 854) mentionem quidem facit de hujus successore Alio, non vero de reliquis filiis; ex Condei autem libro l. l. p. 192, 198 caet. conficiendum est, Alio unum modo fratrem fuisse, eâdem matre Comaicâ, muliere Christianâ, progenitum, nomine Abou Thair Tamimi (أبو طير تميم) qui natu quidem major, sed a patre illi posthabitus fuit; cui imperium adepto postquam per viginti annos fidum se et amicum praebuisset, et vicarius fuisset in administrandis Hispaniae rebus, ibidem mortuus est anno 520. Praeter hos duos tamen plures Josepho filios fuisse, ex aliis uxoribus susceptos, apparet ex ejusdem libri p. 201, et qui hîc commemoratur, Abou Ishac ben Taschfin (quod brevius dictum est pro ben Jousof ben Taschfin) bis ibi occurrit, p. 229 et 236, addito semel nomine proprio Ibrahimi. In duobus autem locis illis legitur quidem exercitui in bello praefuisse, at nihil reperi, ex quo de laude doctrinae ejus

Collato igitur hujus vitae initio cum loco, quem jam ex Hadji Khalifâ descripsi, apparet inter auctores discrepare de Ibn Khacanis proprio nomine; eaque diversitas tanta est, ut nec duos fere invenerim, qui inter se plane conspirent, nec ipsi etiam scriptores sibi constent. Sic Hadji Khalifa in loco operis sui, quem infra laudabo, scripsit ابو نصر عيسى بن على; Casiri, l. l. I. 102. b, الفتح بن محمد بن خاقان, ibid. p. 141. a, ابو نصر الفتح بن عبد الله بن خاقان, et II. 114. a. ex chronico Granatensi, الفتح بن على بن احمد المعروف بابى نصر بن خاقان; et Herbelot. in v. *Caïssi* ابو نصر الفتح ابن عيسى بن خاقان, in v. *Kelaid* eodem modo, tantum omisso ابن inter verba الفتح et عيسى, et in v. *Khacan* عيسى بن خاقان. Operae pretium non est, de causis exponere, quibus factum fuerit, ut nomen viri adeo corrumperetur (1), praesertim quod de vulgari ejus appellatione (ابن خاقان) omnes inter se consentiunt; addo tantum, in libri قلائد العقيان initio (2) ex MS. G. nomen sic legi قال الوزير الكاتب ابو النصر الفتح بن عبيد الله بن خاقان القيسى الاشبيلى, idem vero in MS. L. omissum esse, spatio relicto in quo dein splendidius adjiceretur. Ad locum vero ejus natalem quod attinet, inprimis animadvertendum est, quod Casiri l. l. I. 114. a, e chronico Granatensi tradidit, non ex ipsâ Hispalis urbe, sed e tractu quodam ad ejus ditionem pertinente, صخرة الولد dicto, eum ortum fuisse. De anno autem mortis ejus auctores etiam dissentiunt; et cum Ibn Khall. quidem, annum 535 dicente, duobus in locis Hadji Khalifa conspirat; at Ibn Dihjae, annum 529 notantis, auctoritatem non parum fulcit chronicon Granatense (Casiri l. l.), in quo mensis et dies ipse accuratissime relati sunt; quare uter illorum verius tradiderit, judicatu difficile est; qui autem insuper ab Herbelotio indicatur annus 555, in v. *Caïssi*, aperte falsus est: nam Regem Alium, qui caedem ejus mandavisse legitur, anno 539 ipsum obiisse, supra vidimus.

Est ergo Ibn Khacan non modo per aetatem sed per regionem quoque, ubi sedem habuit, pro idoneo teste habendus, cum de rebus quaeritur, quae ad Arabes Hispanos

---

ac literarum amore constet; quas tamen ei cordi fuisse et inde jam patet, quod in illius gratiam Ibn Khacan librum suum confecit, et ex ipsâ libri praefatione, in quâ summae ei laudes tribuuntur. Caeterum male Casiri in Bibl. A. H. I. 102. b. nomen ejus scripsit Abou Isa Abrahim ben Joseph ben Teschphin, et male etiam retulit, eum Regem fuisse Hispaniae et Marochi.

(1) Praecipuae causae tres esse videntur: quod longior fuerit series proavorum ejus, antequam ad Khacanem perventum esset, ex quibus propterea alii alios omiserint; quod negligentiores scribae fuerint in interponendo ابن inter filiorum et patrum nomina; ac denique, quod iidem confuderint nomina quaedam, scriptione inter se simillima.

(2) Quod Moellerus in Catal. Bibl. Goth. p. 224 edidit ابو عبيد اللم pro ابن عبيد الله, non hujus errori tribuendum est; nam in ipsâ libri inscriptione (non item in ejus initio) male sic exaratum legitur.

quinti et sexti saeculi spectant; et e libris quidem ejus longe celebratissimus is est, quem Ibn Khall. priore loco commemoravit (1), et ex quo loca de Ibn Zeidouno mox edenda excerpsi. De eo Hadji Khalifa sequentia refert: قلائد العقيان فى محاسن الاعيان لابى نصر عيسى بن على القيسى المتوفى سنة خمس وثلثين وثلثماية وهو مؤلف متوسط الحجم فى التاريخ اوله الحمد لله الذى [a] سخر لنا البيان حتى انقاد فى اعنتنا الخ جمع فيه حل الاشعار التى تستعمل فى الشواهد وذكر اصحابها ورتبه على اربعة اقسام ذكر فى القسم الاول الملوك الماضية وذكر فى الثانى وزراءهم وذكر فى الثالث القضاة والعلماء وذكر فى الرابع الادباء والشعراء السى غير ذلك: *Monilia aurea de suavitatibus virorum in literis excellentium — Opus est mediocri amplitudine de rebus historicis; incipit hunc in modum: Laus Deo qui potestati nostrae subjecit facundiam, ut obsequatur ductui habenarum nostrarum, caet. Duas has partes in eo auctor exegit, ut et carmina tradiderit, quae adhiberentur inter testimonia (facultatis poëticae), et de eorum auctoribus explicuerit; in quatuor autem capita illud disposuit, quorum in primo commemoravit Reges qui antecesserunt, in altero eorum Veziros, in tertio Judices et Doctores, in quarto denique (viros privatos) eruditos et poëtas aliosque id genus.* Jam si cum hoc loco contuleris ea quae de eodem libro copiosius breviusve retulerunt Herbelot. in v. *Kelaïd* (2), Casiri l. l. I. 102. b, Jonesius, Poëseos Asiat. comm. (edit. Angl.) p. 429, et Moellerus l. l. 224., ratio ejus universa satis nota erit; modo hoc teneatur, si quis lectionem ejus hunc in finem aggrederetur, ut virorum, quorum mentionem complectitur, accuratam sibi notitiam compararet, fore plerumque, ut misere eum spes frustraretur: auctor enim non deditâ operâ de horum vitis exposuit, sed, cum primarium ei et fere unicum consilium esset, carmina eorum et scriptiones elegantes atque facetias tradendi, eatenus tantum res gestas et casus eorum percurrendo attigit, quatenus ad illarum sententiam bene capiendam necesse videretur; unde tamen insigne hoc commodum fluxit, ut quae carmina apud alios scriptores absque omni temporis indicio relata inveniuntur, ac propterea ad intelligendum persaepe sunt difficillima, haec, ut in illius opere exstant, cum causam rei et opportunitatem addere soleat, multo commodius explicentur. At vero decernere non ausim, utrum in his persequendis semper auctoritate testium usus fuerit (quos non raro quidem nominatim

---

a) In utroque exemplari libri ipsius est راض, eodem sensu.

(1) Praeter duo opera ejus, ex Ibn Khall. jam nota, de alio etiam mentionem injecit Casiri l. l. I. 141. a.

(2) Qui minus bene dixit, in eo agi de illustribus poëtis *Africae;* dicere debuisset *Hispaniae*; nam non alios, nisi qui in Hispaniâ nati essent, sive totam ibi vitam transegissent, sive deinde in Mauritaniam migrassent, auctor in hoc opere commemoravit.

excitat), an interdum quoque nudam conjecturam, ex carminum ipsorum argumento captam, audacius pro veritate lectori venditaverit. De charactere autem libri, vix alium cogitando fingeres, magis ornatum elatumque, vel ut sanius dicam, magis infucatum et tumidum; quare apud Arabes, scilicet recentiores, quorum inter et antiquiorum sensum satis magnum discrimen intercessit, summam elegantiae laudem auctor adeptus est, visusque fuit palmam praeripuisse multis, qui simili charactere numeroso et resonanti, quem illi سجع vocant, cogitata sua praeter modum vana expressissent; atque tantae quidem sunt molestiae, quas haec ejus prosa oratio interpreti affert, ut cum hinc ad interpositum carmen, nec ipsum valde expeditum, progressus fuerit, turbidum quoddam mare eluctatus in tranquillo portu sibi requiescere videatur. Quare cum universe magis hoc in vertendo spectaverim, ut propriam verborum vim quam accuratissime exprimerem, quam ut Latinae linguae integritati elegantiaeque vel cum damno sententiae consulerem: tum hîc inprimis lectorem rogo, ut translationis meae asperitatem certe maximâ ex parte ipsius Arabis culpae tribuat.

Loci igitur quos ex hoc opere in medio ponam, tres sunt: integrum caput, quo de Ibn Zeidouno exponitur, quod secundae libri partis (de Veziris) primum est, Ms. G. pag. 115—134, et duae particulae ex capite de Motamedo, Rege Hispalis, excerptae, in quibus de eodem mentionem factam reperi; harum altera exstat in Ms. G. p. 11, 12, altera p. 22—28.

Restat ut de duobus, quibus usus sum, codicibus dicam. Gothanus, quem a Moellero mihi benevole commodatum esse, jam supra gratus memoravi, ita ab hoc l. l. p. 224 seqq. descriptus est, ut pauca tantum addere opus sit. Quod dixit, negligenter eum exaratum esse, sane quam manifesto mihi penitius consideranti apparuit: nec enim literarum modo ductus obscurus est et incompositus, sed plurimis etiam in locis corrupta lectio sententiam turbat; quae res ut in istiusmodi libro neutiquam mira est, quoniam scribae ipsi longe abfuisse videntur, ut auctoris mentem ubique caperent: ita lectori eo majorem molestiam creat, quo magis oratio abstrusa est et a consueto more recedit. In margine nonnunquam variae lectiones notatae sunt (1), quarum alias exhibet ipse textus cod. L., aliae etiam in scholiis, eidem Gothano codici adscriptis, explicantur; et haec inprimis, cum permultos locos difficiles egregie illustrent, huic exemplari insigne pretium addunt. Ejusdem scribae manu (2), sed plerumque minutiore et magis etiam indistinctâ ea

(1) Praemisso signo, duabus literis composito, quarum posterior est Kha (non finalis), prior autem per longiorem ductum et puncti absentiam, Lam esse videtur; puto autem pro hac Noun reponendam esse, ut significetur نسخة أخرى, vel نسخ أخر, *aliud exemplar*, vel *alia exemplaria*.

(2) Excepto tantum uno loco, p. 123, in quo alia quam libri ipsius scribae manus se offert; in textu vero

in margine ita adjecta reperiuntur, ut interdum totum et ab omni parte illum occupent, alibi exiguo tantum spatio contineantur, saepe vero etiam, praesertim post pag. 210, plane absint; partes autem, quae mihi excerpendae fuerunt, in earum sunt numero, quas longe maxima scholiorum copia ornat. Jam de eorum antiquitate, certo quidem constat, ea non in hoc codice, anno H. 1214 exarato, primum addita, sed ex alio descripta fuisse: partim quod aliquoties ordo turbatus est, et in sequenti paginâ ea leguntur, quae ad antecedentis explicationem pertinent, partim quod vitiis scatent, quae pleraque ortum duxisse ex obscurâ scriptione apparet; mihi vero quondam suspicio fuit, aetatem iis tribuendam esse ipsi operi supparem, et cum nihil adhuc quod repugnaret vidissem, satis grave hoc argumentum ducebam, quod in loco, alicubi infra in annotatione citando, annus mortis alicujus, qui sexto saeculo obiit, omisso centenario numero indicatus est, plane ut ab iis fieri solet, qui de suâ aetate scribunt; deinde autem, postquam manifesto apparuit, talia in iisdem occurrere, quae ex Camousi libro desumta sunt, cujus auctor Firouzabadius anno 817 obiit, mentem eatenus mutavi, ut jam pro parte saltem adjudicanda iis aetas videatur ipso opere longe inferior: quâ de re quicquid statuatur, certe accepta referenda sunt aut uni aut pluribus subinde viris, eruditionis minime expertibus, qui inter legendum difficillimos locos eorum capitum, quae maxime ipsis cordi essent, brevi annotatione illustraverint. Nec ad versus tantum, sed ad prosam quoque orationem passim adjecta leguntur; modo autem sunt historici generis, modo structuram loci indicant, plerumque vero in verborum significationibus explicandis versantur, atque tum fere ex Djauharii lexico vel ex Camouso repetita sunt, quorum librorum ille quidem nominatim saepe excitatus est, at hujus mentionem nusquam additam reperi; certe utriusque collationem multum profuisse ad corruptos locos emendandos, inspicienti cuique palam fiet: nam cum maximo se mihi pretio scholia illa commendarent, non tantum ipse inter vertendum ea assidue in usum adhibui, sed integra jam quoque vulganda censui, quo lectori notum esset, quid inde ad me utilitatis redundaverit; quae autem intellectu facilia sunt, haec satis habebo simpliciter in medio ponere, at quibus aliqua inesse difficultas videbatur, iis in fine asteriscum apponam, quo ad annotationem, versioni subjectam, relegatur. Caeterum ut in ipso codicis textu rarissime vocales sunt additae, sicubi vero occurrunt, bonitatis notam prae se ferunt: ita a scholiis tum etiam plane absunt, cum ab earum distinctione omnis sententia pendet; quare has curiosius adjiciam, et quae mutanda, omittenda addendave censuerim, signis praemissis ubique indicabo.

Alter codex est Leidensis 35 (1450), qui casu quodam et mihi, quod non miraberis, et vero etiam Hamakero, in thesauris illis nostris versatissimo, aliquantisper ignotus

---

quinque sunt loci, p. 44, 170 et 171, 245, 289, 356, quos posterior manus adjecit, quoniam scriba ipse, ut videtur, eos vacuos reliquerat, uti duo adhuc, p. 390 et 421, non ita magni hiatus supersunt.

latuit, nec prius in manus pervenit, quam partes edendas jam ex cod. G. descripseram, et de plerisque repetito labore commentatus fueram; simul autem, ut illum nactus sum, omnia denuo retractare coepi, et utrumque exemplum studiose inter se contuli: cujus rei is fructus fuit, ut, cum antea plurimis in locis quid scriptum esset conjecturâ assequi, vel ejusdem ope pro corruptâ lectione meliorem aliquam reponere oportuisset, jam multo certiore viâ incederem: aut enim conjecturam factam hujus codicis auctoritate confirmatam vidi, aut veram lectionem, a me non agnitam, inveni, aut dubiae nonnunquam fidei locos, cum in utroque iidem exstarent, retinendos comperi. Scriptus est in urbe Marochi anno 1001 (Chr. 1592 — 93) formâ 4ª majori, et folia habet 134: universe eadem plane, quae cod. G. (videlicet praeter varias lectiones et scholia, quae in illo nusquam adjecta sunt), continere videtur (1), et ordo quoque in utroque idem est, nisi quod in primâ parte duorum hominum vitas inter se transpositas reperi; manus autem Mauritana, quâ exaratus est, adeo rudis et obscura est, ut ex hoc solo nullam fere operis particulam satis integram edi posse existimem. Vocales aliaque signa grammatica ingenti quidem numero addita habet, sed plerumque tam parum perspicue, non raro etiam tam imperite, ut fere praestet nullam eorum rationem habere: unde, quamvis lectiones non paucas exhibeat, quae suâ bonitate se commendent, multum tamen abest, ut ubique emendatius exemplum quam codex G. contineat: nam plura etiam omnis generis vitia ei insunt, et librarium non tantum ea, quae scribebat, non intellexisse apparet, sed metri quoque legum plane ignarum fuisse: ut facile agnosces, si lectionis varietatem inspexeris, quam satis copiose traditurus sum; hac enim in re praestandâ hîc inprimis sedulior quam negligentior esse malui, tum ut universe de fide meâ lectori persuasum esset in exprimendis difficillimi libri codicibus, tum ut, si mea translatio huic non placeret, aliâque lectione ad sententiam restituendam opus esse judicaret, omni ex parte ei auxilium praesto esset, quod exemplorum diversitas, etiam tum cum in aperto errore sunt, non raro criticis suppeditat; si vero judicium de variis lectionibus non uno quodam verbo confici posse, sed ampliorem aliquam requirere disputationem videbitur, hanc, nisi rei ratio secus suadeat, semper in annotationem, quae versioni subjecta est, rejiciam.

Jam vero, antequam ad ipsos Ibn Khacanis locos in medio ponendos pergam, de duobus adhuc libris hîc necessario pauca dicenda sunt: cum enim in iis de Ibn Zeidouno agi repererim, nec tamen talia occurrant, quae non ab Ibn Khacane vel ab aliis jam ante sint prodita, sequitur quidem, ut ubi usui fuerint ad textum emen-

(1) Quod ideo potissimum animadversione dignum est, quia ejusdem libri exemplar, a Casirio l. l. I. 103 descriptum, multo latioris esse ambitus quam Gothanum apparet: sic illud in primâ operis parte caput quoque exhibet de Motadhedo, Regis Motamedi patre, et in solâ parte secundâ septem vel plura etiam capita continere legitur, quae in hoc plane desiderantur.

daudum, vel lectiones obtulerint animadversione dignas, eorum mentionem non praetermittam, simul vero, ut peculiaris locus in hoc capite iis tribui nequeat; unde non alibi quam hîc opportunitas est, eorum notitiae, quantum oportet, lectori impertiendae.

Alter est Bibliothecae nostrae 639us (1694), et in catalogo male tribuitur Mohammedi ben Hescham; ipse autem libri titulus hic est: كتاب أَخبار المُلوك ونُزهَة المالك والمملُوك في طبقات الشُّعرآء المُتقدّمين من الجاهليّة والمُخضرمين والاسلاميّين والمُحْدثين وذكرُ مختصرٍ من اخبارهم ومختارِ أشعارهم ومَن تلاهم من الشعرآء الى هذا الزمان والاوان إملاء مولانا السلطان الملك المنصور العالم العادل المجاهد المرابط ناصر الدنيا والدين عماد الاسلام ملك المسلمين ابي المعالي محمد بن عمر بن شاهنشاه بن أيّوب ظهير امير المومنين أعزّ الله سلطانه. *Liber, qui continet res Regum, et oblectamentum imperantis et subditi, de diversis poëtarum classibus, qui antecesserunt ex inscitiae tempore, quique et hoc et verae religionis inductae tempus attigerunt, quique sub Islamismo nati fuerunt, et recentiorum, adjectâ brevi de eorum rebus mentione, et parte excerptâ ex eorum carminibus, et ex carminibus aliorum poëtarum, qui ad hanc usque aetatem illos secuti sunt: dictatus a Domino nostro Sultano Almalek Almansour, docto, justo, promto ad bellum sacrum et ad excubias in extremis finibus fidelium, defensore rerum civilium et religionis, columine Islamismi, Rege Moslemorum, Abou-l-Maäli Mohammede ben Omar ben Schahanschah ben Aijoub, adjutore Principis credentium* (1): *Deus gloriam addat imperio ejus.* Hinc ergo, cum catalogi nostri auctor nomen Omaris quidem agnoverit, et ductui nominis شاهنشاه sub-

---

(1) [Notatu dignus est iste titulus ظهير امير المومنين, *adjutor principis fidelium*, quem, ut conjicio, sexto demum post Mohammedem seculo natum ceteris nominibus fastu et superbia plenis adjecerunt reguli paucarum urbium, aut parvae provinciae. Ridiculus est iste titulus in principe Hamateno; nec minus synonymi معين الامام النصر et نصير الامام الناصر لدين الله in Ortocidis Hesn Caifae dominis, quorum ille legitur in nummo Nouroddini Mohammedis ben Cara Arslan, anni 578, hic in altero fratris illius Sokmani, anni 584, item in alio patris Fakhroddini Kara Arslani. Vide Castiglione *Monete Cufiche* p. 185 et 186, et Fraehn *Recens. Numor. Acad. Petr.* p. 163. Pari jactantia Sultani Rumaei, Khanorum Mongolorum clientes, Kai-Khosrewi II filii, se vocant براهين امير المومنين, i. e. Fraehnio explicante l. l. p. 155, *assertores auctoritatis Emiri fidelium.* Vide tamen Castigl. l. l. p. 119 et 125. Quam vim hujusmodi titulis tribuerint ipsi principes optime intelligitur ex nummo Sultani Patanici Tughlyk Schah, qui ab anno Hedjrae 721—725 in urbe Indiae Dehli regnavit et se in monetae inscriptione *adjutorem* professus est Emiri fidelium, qui tum in urbe Kahira sedem habebat. Vide Fraehn. p. 176 sq. Interim Reges et Reginae Georgiae, hujus tituli aemulatione moti, principum Moslemorum cognomini ظهير امير المومنين, opposuerunt suum ظهير المسيح, quod in nummis Thamarae et Rusudanae, seculo 6 et 7. cusis, cernitur. Vide Fraehn p. 570 sq. et Castigl. p. 346 et 350, qui illud male reddit *Occhio di Cristo.* H.]

esse putaverit nomen هشام, caeterorum vero, quia satis jam obscura sunt, nullam rationem habuerit, mirus ille error in eum locum invectus est. In subscriptione libri nonnulla antecedunt, quorum alia, quod per aetatem fere deleta essent, recentiore manu inepte reposita, alia etiam, vacuo relicto spatio, erasa sunt; quae tamen, cum maxima pars eorum adhuc bene se habeat, caeteraque conjiciendo suppleri facile possint, non dubito quin hunc in modum integra expresserim: تم (الجزء التاسع) من كتاب طبقات الشعرآء (ويتلو فى الجزء العاشر) منه وهو اخر الكتاب ان شآء الله تعالى ذكرُ سَعَادَةَ بن عبد الله الحمْصِىّ الشاعر الضّرير ومختار شعره *Ad finem perductum est volumen nonum libri de diversis poëtarum classibus; sequetur autem in ejusdem volumine decimo, quod ultimum libri est, si Deo O. M. placet, mentio Saädae ben Abdallah Emesseni, poëtae coeci, et pars excerpta ex carminibus ejus.* Jam porro autem subscriptio haec est: كتبه العبد نصر ابن محمد بن محمد بن عُمر بن هِبة الله الموصلىّ من نُسْخَةٍ هى املاء مُصنّف هذا الكتاب مولانا السلطان المالك المنصور — على كاتبه فى مجالسٍ اخرِها يوم الاربعاء الثانى والعشرين من شهر ربيع الاخر من سنة اثنتين وستماية فى دار المَسَرّة من قلعة حَماة المحروسة ببقآء مالكها وكان الفراغ من كتابة هذا الجزء فى العشر الآخِر من جمادى الاولى من السنة المذكورة بمدينة حماة المحروسة بدوام دولة مالكها والحمد لله الخ. *Descripsit illud Nasr ben Mohammed ben Mohammed ben Omar ben Hibatollah Mosulensis ex exemplo, quod ipse hujus libri auctor, Dominus noster Sultanus Almalek Almansour, — dictavit scribae ejus in aliquot consessibus, quorum ultimus fuit feriâ quartâ, die 22° mensis Rabiae posterioris anni 602, in aulâ regiâ* (1), *quae pars est arcis Hamatae, urbis, superstite Rege suo, bene custoditae. Hujus autem voluminis describendi finis factus est in decade ultimâ mensis Djomadae prioris anni quem supra diximus, in urbe Hamatâ, manente domo Regis sui, bene custoditâ. Deo vero laus sit, caet.* Hinc ergo abunde liquet, cuinam viro hic liber tribuendus sit: et constat quidem ex Abulfedae Annalibus (T. IV. p. 289), Almalekum Almansourum, cui post Saladini mortem Hamatae imperium cessit, quique in hac urbe anno 617 (Chr. 1220) obiit, non tantum eruditis insignem fautorem fuisse, literarumque decus suâ liberalitate auxisse, verum ipsum quoque iis excolendis operam

(1) Proprie vertendum est: in *domo hilaritatis;* at collatâ dictione دار السّعادة, *domus beatitudinis*, quâ aulam principis, inprimis Khalifae, significari, notum est, dubium fere non videtur, quin illis etiam verbis eadem notio subsit: praesertim cum ex Abulfedae plurimis locis appareat, Reges Hamatenses in arce urbis sedem suam habuisse.

dedisse, et plura scripta reliquisse: in quibus ut ibidem opus, طبقات الشّعرآء inscriptum, memoratur, ita Herbelot. in v. *Thabacat Al Schoâra*, et Jonesius, l. l. p. 428, decem illud constitisse voluminibus referunt (1); ex his igitur decem, certe si lectionem bene restituisse supra visus sum, penultimum codex ille noster continet, cujus initium, nullâ praefatione additâ, statim versatur in mentione poëtae ابى الحسن على بن محمد التّهامىّ (conf. Ibn Khall. Tydem. N. 482), quique desinit in Saladini Regis aequali, الجمال عُمَر بن الشحْنَة اللّغوىّ الموصلىّ (2). Chartae formâ minore est, et paginas quidem habet 530; at, cum undecim versibus hae omnes absolvantur, et praeterea literarum ductus latior sit, male ex illarum numero de amplitudine argumenti rationem concluderes. Vocales fere ubique accuratissime sunt additae, nec facile locum reperies, ubi obscurior scriptio impedimentum legenti afferat; quare non minus externâ suâ formâ se commendat, quam insigni hocce bonitatis internae praesidio, quod, uno tantum mense interjecto, ex ipso autographo descriptus est. Caeterum pauca ea, quae de Ibn Zeidouno offert, leguntur pag. 151 — 155.

De altero eorum librorum, qui numero 1005 (1892) inscriptus est, haec pauca teneantur. Titulus ejus simpliciter hic est: كتاب المُعلّم فى ذكر من تقدّم. *Liber qui continet ea quae doceri possunt; super memoriâ illorum qui antecesserunt*, auctoris nomine neque ibi neque in libri initio neque usquam alibi prodito; quare de hoc cum ipse plane incertus sim, lectorem etiam incertum relinquere cogor. Operis autem ratio manifesto apparet ex his, quae post breve initium auctor praefatus est:

وهذا كتاب يشتمل على ذكر بعض الفضلاء والائمة والوزراء، رتبته على حروف المعجم تسهيلا لمن نظر فيه وتفهم، وسميته المُعلم فى ذكر من تقدم، وذكرت فيه كل من له شُهرة، واثبتّ شيا من احواله على وسع الطاقة والقدرة، وكتبت لكل شخص ما يليق به من الفضائل، من الحكايات والاشعار والرسائل، ليتفكه به متامله، ولا يراه على اسلوب واحد فيسأمه ويمله ۞

Hic liber est, qui continet mentionem factam de aliquot eruditis et Antistitibus et Veziris: in illius dispositione ordinem literarum secutus sum, quo viam faciliorem redderem iis, qui hujus rei rationem habeant eamque recte intelligant; et nomen illi imposui —, et commemoravi in illo omnes, quibus celebris fama est,

---

(1) In Hadji Khalifae libro nusquam de hoc opere mentionem injectam reperi.

(2) De ordine, quem auctor in poëtis commemorandis observaverit, ex solo hoc volumine non plane mihi constat; puto tamen, quia ingens Hispanorum numerus hîc continuâ serie occurrit, eum pro regionum diversitate illos a se invicem distinxisse, sicut ab aliis istius generis auctoribus, in his a Tsalabio in libro يتيمة الدهر فى اخبار اهل العصر inscripto, factum est; fere nusquam in eo longior expositio nec de vitâ nec de carminibus poëtarum occurrit.

et consignavi quaedam, quae ad res eorum spectant, pro eo ut patuit (hujus propositi persequendi) facultas ac potestas; ac scripsi illud singulorum, quod ipsorum personae accommodatum est, e rebus praestantiae laude conspicuis, tum narrationes, tum carmina tum etiam epistolas, ut qui librum consideret, eo delectetur, nec comperto, argumentum ejus ad unum rerum genus revocatum esse, taedio ejus fastidioque ducatur. De aetate ejus, cum auctor ignotus sit, non potest prorsus constare; at partim inde, quod plurimorum in eo mors commemorata est, qui septimo demum saeculo obierunt, in his trium, p. 86, 99 et 204, qui anno 643, unius quoque, p. 209, qui anno 653 mortuus esse legitur; partim vero inde etiam, quod nonnunquam, ut p. 5 et 9, Ibn Khallicanem (cujus liber anno 672 absolutus est) ab auctore laudatum reperi, conficitur, non multo ante septimi saeculi exitum eum hoc opus composuisse; simul vero non post insequentis saeculi dimidium exactum hoc factum fuisse, apparet ex nostri exempli subscriptione, quae sic se habet: نجز تعليق هذه النسخة المباركة فى الساعة الاولى من يوم الخميس المبارك خامس عشر شهر ربيع الاول المبارك عام احدى وستين وثمانماية للهجرة الشريفة النبوية صلى الله عليه وسلم من نسخة بخط المصنف تغمده الله بالرحمة والرضوان وصورة خطه من النسخة المنقول منها المذكورة نجز ما اردتّ تعليقه من هذا الفن والحمد لله وحده وصلى الله على سيدنا محمد وآله وصحبه وسلم تسليما على يد العبد الفقير معتوق بن سعد بن عبد الله السميسطى عفا الله عنه وعن والديه وعن جميع المسلمين. *Ad finem perducta est descriptio hujus exemplaris horâ primâ feriae quintae, diei quintidecimi mensis Rabiae prioris anni H.* 861, *ex exemplari manu auctoris exarato, (apographon autem verborum, ab ipso additorum, (factum) ex exemplari, e quo, ut diximus, nostrum translatum fuit, hoc est: « Ad finem perductum est quod excerpere volui ex hoc genere; laus autem Deo uni sit,* caet.") *ab homine suae sibi tenuitatis conscio, Matouco ben Saad ben Abdollah, Samosatensi: Deus illi delicta ignoscat, et parentibus illius et omnibus Moslemis.* Ibidem vero in margine adscriptum est: قوبلت هذه النسخة المباركة على نسخة المصنف المذكورة رحمه الله تعالى بحسب الطاقة ولله الحمد. Itaque cum hic etiam codex internae bonitatis suae exspectationem faciat, tum nitidissime ipse exaratus est, et literis quidem minusculis, sed valde perspicuis: vocales tamen paucae tantum in eo additae sunt, et puncta diacritica, quod satis molestum est, non raro negligentius omissa. Chartarum forma est quarta minor, et paginis 210 opus ipsum absolvitur, quarum in 10â et 11â de Ibn Zeidouno mentio injecta reperitur (1). Ipsi autem operi absoluto alia nonnulla in hoc exemplo subjuncta

(1) [Liccat Weyerianis de Codice 1005 observationibus meas quoque adjungere, ex accurata inspectione libri enatas. Animadverti primum singularem hujus ignoti scriptoris cum Ibn Khallicano in multis convenientiam, de qua ut melius cognoscerem, totam vitarum seriem, quae isto Codice continetur, cum Indice Tydemanniano sedulo comparavi. Hinc didici multas hic Ibn Khallicani vitas desiderari, at quae conservatae sint, illas paucis

sunt: nempe in duabus paginis, quae finem illius statim excipiunt, aliquot versus,

---

فاذا غصونُ المكرماتِ تهدّلتْ كان الهَديلَ ثناؤُها المترنِّمُ

الفخر ثَغْرٌ عن [z] حفاظك باسمٌ والمجد بردٌ من وفائك معلَمُ

فاسلم [a] مَدَى الدنيا فانت جمالها وتسوّغِ [b] النعمَى فانك منعِمُ

---

a) In L. male est مشى. b) In L. admodum obscure est فرفصىهم, quo significari videtur فرفصتهم. c) In L. male est المنتهس. d) In L. male est يعاجم. e) In L. perperam est منهم. f) In L. male est فرقت غوث. g) In G. male pro his est uno verbo فزأرة. h) In G. scriptum est السبنتا; in L. male الْبَسْتَنا. i) In G. margini adscripta est varians lectio الاكعم. k) In L. male est لكف. l) In L. eodem fere sensu est المكرَم. m) In L. male scriptum est يفتَوا. n) In L. male est غص. o) In G. marg. adscripta est varians lectio غض, quae certe non praeferenda est. p) In L. male est لذيد. q) In G. male est حق. r) In G. male est اوسعة. s) In utroque Cod. scriptum est العرا. t) In L. male est تعصم. u) In L. nullo sensu est فليحرمن. v) In L. male est منهم. w) In L. est السطيع. x) In L. male est يطير. y) In L. male est اريحه. z) In L. male est حياظك. a) In G. scriptum est مدا. b) In L. scriptum est النعما.

Interpretatio capitis de Ibn Zeidouno, excerpti ex secundâ libri parte, quae inscripta est: De dictis splendidis illustrissimorum inter Veziros, et de iis, quae maxime elucent in oratione scribarum et eloquentium virorum.

Supra p. 19. Vir utroque Vezìratu ornatus (1), Aboulwalid Ahmed ben Zeidoun, princeps (2)

Conf. in n. . au . des Sav. 1834 p. 617.

---

(1) Titulo ذى الوزارتَيْن non pauci illâ aetate in Hispaniâ ornati fuerunt; praeter Ibn Zeidounum decem sunt, quibus in hoc libro tribuitur: ذو الوزارتين ابو بكر بن عمّار, MS. G. p. 134 (conf. Ibn Khall. Ind. n. 680 et Casiri l. l. II. 44 a, b), ذو الو" القائد ابو عيسى بن لبون, p. 158 (conf. Casiri II. 45 a), ذو الو" ابو بكر بن القصيرة, p. 166 (conf. Casiri II. 147 a), ذو الو" المشرف ابو بكر محمد بن احمد بن رحيم, p. 186 (in L. est بن محمد), ذو الو" ابو الحسن بن الحاج, p. 224, hujus filius ذو الو" ابو محمد, p. 231, ذو الو" القائد ابو الحسن بن أليسع, p. 268 (conf. Casiri II. 44 a), ذو الو" الكاتب ابو عبد الله بن ابى الخصال, p. 282 (conf. Casiri II. 163 b; in G. est بن الخصال), ذو الو" الكاتب ابو محمد بن عبد البرّ, p. 292, et ذو الو" الفقيه قاضى القضاة المشرف ابو اميّة ابراهيم بن عصام, p. 326. Casirius plures etiam commemorat hoc titulo appellatos, ut ذو الو" محمد بن الخطيب, I. 74 a, ذو الو" ابو عبد الله محمد بن عبد الرحمن بن ابراهيم اللخمىّ, II. 76 a, et alium, II. 47 b, de quo mox dicam; in Ibn Khallicanis autem opere, certe quantum ex Indice Tydemanni apparet, practer Ibn Ammarum, quem primo loco dixi, nemini idem tribuitur. Unde cum appareat, eum Arabibus Hispanis proprium fuisse, et praesertim istâ tempestate frequentem, quâ, Omayadarum familiâ extinctâ eorumque imperio in partes distracto, non tantum multi Reguli simul viverent, sed fere nullus etiam vitam ac regnum diu sustineret: putet forte quis, titulo ذى الوزارتين appellari illos, qui vel in eâdem aulâ apud duos principes se invicem secutos, Veziratum gesserint, vel in aulis diversis primum apud hanc, mox apud illam Regulorum familiam: ut ex. c. Ibn Zeidoun eo nomine dici potuerit, vel si et in aulâ Cordobensi et in Hispalensi munus Veziri obierit, vel quod et a Motadhedo et a filio ejus Motamedo eam dignitatem adeptus fuerit; verum obstat huic sententiae, primum quod inter illos, quorum nomina attuli, multi sunt, quos parum verosimile est apud duos Principes Veziratum gessisse, deinde quod, si ea explicatio vera esset, Arabes sine dubio dixissent ذو وزارتَيْن absque articulo, ac denique quod constat, eandem appellationem jam cum Omayadae adhuc regnarent, ita usurpari coeptam esse, ut plane secus explicari debeat. Nimirum in Casirii opere, l. l. II. 47 b, legitur aliquis, nomine Ahmed ben Abdolmalek ben Schahid, tempore Abdarrahmanis Alnasiri, octavi ex Omayadarum familiâ Regis, isto titulo ornatus fuisse; nec dubium videtur, quin hic idem ille sit, qui in Condei libro, l. l. I. 439, dicitur Abou Amer Ahmed ben Said, et ibidem legitur anno H. 339 (C. 950) jussu Regis Abdarrahmanis expeditionem fecisse in Galliciam, et cum illustrem victoriam reportasset, magnis honoribus ab hoc affectus fuisse; quae res eo certior est, quod in Aschbachi libro (*Geschichte der Ommayaden in Spanien — von Joseph Aschbach*, Francf. 1829, 30), Tom. II. p. 117 seqq., coll. p. 87 seqq., res, aliis etiam fontibus adhibitis, in hunc modum narrata reperitur: Ahmedem ben Said antea (p. 54) Vezirum, h. e. Consi-

liarium Regis Abdarrahmanis (nam simplici titulo وزير in Hispaniâ ii appellabantur, qui consilia publica administrabant; tales autem Veziri tum in capite regni, tum in reliquis primariis urbibus, multi erant, et ibi quidem, ut sodales Senatûs (المشورة) regii, a Rege, hîc a Praefectis provinciarum adhibebantur; conf. Conde l. l. I. 284. vs. 18 cum 291. vs. 4, 298. vs. 15 caet.), hunc igitur, deinde Walii (Praefecti provinciae) dignitate ornatum, anno C. 954 (H. 343; at p. 117, plane ut in Condei libro, dicitur annus C. 950, H. 339) cum multis copiis invasisse Castiliam, et longe in eam terram progressum ingentem praedam fecisse; mox autem, cum ab advenientibus conjunctis Christianorum exercitibus repressus, Durii flumen, Andalusiam repetens, trajiceret, satis magnam inprimis praedae factae jacturam passum fuisse; nihilominus tamen gloriari Arabes, admodum insignem se reportasse victoriam, et Regem Abdarrahmanem, quo Walii Ahmedis merita justo praemio remuneraretur, hunc ad dignitatem Hadjebi (h. e. summi imperii Ministri, et primi a Principe viri tam in rebus quae ad bellum, quam ad civitatem gerendam pertinerent), fratrem vero ejus Abdolmalekum ad Veziri dignitatem evexisse; quibus honoribus affectos, praeter quintam praedae partem splendidissima dona ambos ex more istius temporis Regi obtulisse, et talia quidem tantaque, ut ab historicis digna habita fuerint, quae accurate recensita posteris traderentur. Horum ergo catalogum postquam Aschbachus etiam, p. 117 (conf. Conde p. 440), in medio posuit, haec porro subjungit, pag. 118: » Der Chalif war von diesen Geschenken so » erfreut, dass er dem Wali den Gehalt von einem Vezier verdoppelte, welcher achtzig tausend Dinare oder » Dukaten betrug: er erhob ihn über alle andere Veziere und gab ihm den Titel Herr des doppelten Vezierat's » (Dulvizahratain), wies ihm den ersten Plass im Staatsrath an, und setzte seinen Namen an die Spitze der » Namen der Staatsbeamten. Von dieser Zeit kommt er auch unter dem Namen Hadschib vor, welche Würde » seit dem Tode von Muhammed ben Musa nur interimistisch besetzt worden war." Integra haec verba tradidi, ut appareret lectori, quantopere ea contraria sint iis, quae antea de Hadjebi dignitate in Ahmedem collatâ auctor retulit: quem enim Rex munere supremo et unico in civitate ornaverit, huic propterea, quod gratum animum testatus eximia dona obtulerit, insigniorem appellationem et majus stipendium quam Veziris vulgaribus adjudicasse censendus est? Nonne, cum Hadjebi titulus reliquis quibuslibet longe emineret, cum stipendium ejus et potestas fere regia essent, et ipse, per dignitatem suam nemini nisi Regi secundus, Ministris omnibus facile praeësset, nonne, inquam, hinc manifesto apparet, ordinem rei gestae plane turbatum esse, et posteriora mixta prioribus? Et nescio sane, quî hoc non agnoverit peritissimus ille criticus Aschbachus, vel certe, quî non apertius ac distinctius rem narraverit, praesertim cum nec in Condei opere ullo verbo significetur, dona ea ab Ahmede et Abdolmaleko Regi oblata esse, postea quam honoribus suis ornati fuissent, et ipse auctor, in fine verborum quae descripsi, jam propius ad veritatem accedere et fidem ante dictorum infringere videatur. Puto ergo, rem sic expediendam esse: Fratres ambos, e bello redeuntes, partim quo victoriae suae splendorem augerent, partim quo Regis animum, quem jam non parum rebus suis favere audiissent, magis etiam conciliarent sibique devincirent, praeter solitam praedae partem res omne genus pretiosissimas ad hunc muneris loco attulisse, Regem vero et meritis eorum in bello et hac liberalitate vehementer gavisum, voluisse insigni beneficio utrumque remunerari, et cum juniorem inter Veziros suos adscisceret, in alterius, ut praecipui rei bene gestae auctoris, gratiam novum creasse munus, quo functus majore quidem quam hi auctoritate frueretur, nec tamen eâ quae cum Hadjebi munere conjuncta esset; mox autem, cum magis etiam Ahmedis merita Rex cognovisset, eum ab hoc ad summum honoris gradum evectum fuisse, et ad mortem usque sustinuisse Hadjebi dignitatem, quam certe anno H. 344—345 jam gesserit; conf. Conde p. 442, Aschb. 88. Si autem quaeris, cur non jam statim Hadjebi munere ornatus fuerit, duplex hujus rei causa se offerre videtur, altera, quod Hadjebus Mohammed ben Said ben Musa ben Hodeira, qui anno H. 320 obierat (Conde p. 410), familiaritate ac fiduciâ Regis tam plene uniceque gavisus fuerat, ut hic post ejus mortem eandem dignitatem in alium conferre vereretur, metuens ut quisquam defuncti officia compensare ipsi posset: altera, quod persuasum erat Abdarrahmani, Hadjebi auctoritatem tantam esse, ut imperii salutem in discrimen adduceret, neque eam igitur nisi perspectissimâ viro fide concedendam esse: quare et Ahmedis animum penitius antea cognoscere vo-

inter gentem Cordobensem, et ortus (3) regnante Djahwaridarum familiâ (4); qui excelluit poësi suâ, et conspicuus fuit sicut luna nocte quâ plena est, et oratione

---

luit, et post hujus obitum eundem honorem ad neminem transtulit (Aschb. 119). Jam, si haec recte disputavi, patet munus ذى الوزارتين, quod ante Ahmedem illum in alium quemquam collatum fuisse, certe nullâ memoriâ est proditum, Hadjebi munere inferius fuisse, nec superest, quam ut de nominis origine et verâ dignitatis ratione breviter exponam. Ut igitur supra dixi in Omayadarum Hispanorum imperio simplicem Vezirorum appellationem Consiliariis vel Senatoribus propriam fuisse, ita notum est in aliis Arabum terris eandem quoque Praefectis militaribus tribui solere; unde revera duplex وزارة et duplicis generis Veziri exstiterunt, quorum, ut ambigua tituli vis adjecto aliquo nomine definiretur, hi quidem nonnumquam وزراء السّيف, illi وزراء القلم dicebantur. Itaque Abdarrahman, cum Ahmedem appellatione ذى الوزارتين, *utroque Vezi-ratu instructi*, ornaret, consequens est ut statuatur utramque dignitatem tam Praefecti militum quam Senatoris ad hunc detulisse, quo facto non tantum Veziris omnibus superior esset, verum etiam duplo majore stipendio frueretur. Hoc autem munus, quod naturâ suâ cum munere Veziri Maximi apud Khalifas Abbasidas et Sultanos Turcicos satis conferri posse, neque ab Hadjebi dignitate adeo quod ad administranda negotia, quam quod ad auctoritatem et externum splendorem attinet, multum diversum fuisse sentis, ideo potissimum deinde, cum Omayadae regnare in Hispaniâ desierunt, in illorum Regulorum, qui bene multi successerunt, aulâ consuetum fuisse credo, quoniam singulis quidem uno aliquo viro opus erat, penes quem et rerum civilium et militarium cura esset, nec tamen tantis ii opibus pollebant, quantae ad magnificam Hadjebi dignitatem Omayadarum exemplo sustinendam requirerentur. Quo autem magis etiam appareat, eos qui titulum ذى الوزارتين gesserunt, Regulis illis et in civitate et in bello gerendo principes Ministros fuisse, duo haec animadvertenda restant, primum, quod ea res certissime probari potest de aliquibus ex eorum numero, quorum in annotationis initio mentionem feci, et si de Ibn Zeidouno quaeris, ipse Ibn Khacan nobis testis est in loco supra edito, pag. 49 vs. 12; alterum, quod ex Abdolwahedii loci, infra edendi, initio apparet, titulum illum permutari cum alio ejusdem formae et sensûs, ذى الرئاستين, *utrâque praefecturâ ornati*, quo Makrizius (in Sacyi Chrest. Arab. I. p. 68. 2ae edit.) refert etiam in aulâ Khalifae Aegyptiaci, Hakemi Biamrallah, virum aliquem appellatum fuisse, quique a Sacyo (ibid. p. 110 translat.) Gallice vertitur: *chef des officiers d'epée et de plume.*

(2) Hoc est: *excellens inter eos doctrinâ et ingenio.* Eodem sensu زعيم occurrit apud Ibn Habîbum ad annum 768, MS. 425 (1807) p. 554, ubi *viri principes in oratione solutâ et ligatâ* dicuntur زعماء النثار والنظام.

(3) Si, ut e Codd. in textu edidi legitur نشاة, necessario pronuntiandum est نشّأه الدولة الجهورية, hoc est: *produxit eum Djahwaridarum dynastia;* at longe praestare videtur, ut legas نشأة الدولة الجهورية, pp. *persona quae prodiit sub Djahwaridarum dynastiâ:* nempe quo et nomini زعيم non verbum sed nomen respondeat, et sequenti الذى commodior locus sit. Utrum vero placeat, certe auctor satis magnum errorem admisisse existimandus est, cum Ibn Zeidoun jam a triginta annorum aetate non longe abesset, quo tempore Djahwaridae regni Cordobae potirentur: uti ex aliorum testimoniis infra patebit.

(4) De Djahwaridis hic non dicam. Infra, cum ad Ibn Zeidouni vitam explicandam pervenero, de illis et de Abbadidis quoque breviter agendi locus erit.

usus est ita, ut vim fascinantem haberet, et monilibus eam ornavit ut vir expertus (in arte) admodum splendens (5); non versavit eam nisi inter herbam odoratam p. 20. vinumque (degens), nec conspiciendam eam praebuit nisi in coelo sodalitiorum et gaudiorum (positus) (6); nec ad alium transtulerunt (coelum) illud Principes et Reges, nec delapsus est ex illo nisi in statu magnifico, sicut sol cum occidit (7). Ac nobiles

---

(5) Variis modis difficillima haec et quae sequuntur verba tentavi, ac jam tantum non plane certus sum, me veram eorum expressisse sententiam. Primo quidem loco tenendum est, verbis أَبْهَى نِحْرِيرٍ per potestatem adjectivam, formae نِحْرِير et in nostris et in Arabum lexicis unice adscriptam, nihil aliud significari potuisse quam *virum expertum*, vel *artis peritum*, *inprimis splendentem* (uti dicunt: أَحْسَنُ رَجُلٍ, *vir admodum pulcher;* conf. Sacy G. A. II. 241), itaque ea in hac sententiâ pro *accusativo adverbiascente* (حال) habenda esse, cui ea vis subsit, quae addito Latinorum *ut* sat commode redditur. Porro, cum 2a forma قلّد, cum accusat. pers. constructa, significet: *monili* eum *ornavit*, cumque soleant Arabes *egregia carmina* (*chefs d'oeuvre*) figurate قلائد, *monilia*, vocare (conf. supra p. 39 vs. 7 annot., et infra locus ex Ibn Khall. describendus, MS. P. p. 64), mirum videri nequeat, si auctor hoc loco الْقَوْل, *orationem*, ut personam induxerit, quam Ibn Zeidoun splendidis poëmatibus suis monilium instar ornaverit.

(6) Hic pronomina verborum يصرفه et يطلعه etiam referenda censui ad antecedentem vocem القول, verba autem بين ريحان وراح et في سماء مؤانسات وافراح ad ipsum Ibn Zeidounum pertinere, quod ambiguitatis tollendae causâ in translatione indicavi. Sensus autem, ut puto, in hunc modum exprimitur: Ibn Zeidounum eximiam illam poëticae orationis vim non expromsisse, nisi in splendidissimorum hominum conventibus, et in laetissimâ vitae conditione positum, quippe quem ob ipsam hanc ingenii facundiaeque laudem ipsi Reges et summi in civitate viri adeo totum sibi devincire studerent, ut in eorum unice circulis versaretur, et ab iis quam liberalissime posset haberetur, conviviis exceptus et quibusvis honoribus ac gaudiis affectus. *Convivia* enim, et *splendidiora* quidem, spectari in priore sententiae membro, nemo non agnoverit, cum odores et vinum hoc praesertim tempore in Hispaniâ ad illorum magnificentiam augendam insigni usui essent. Denique significationem verbi صرف, pp. *versavit* rem, hinc *tractavit*, *exercuit* eam, *operam* ei *dedit*, egregie illustrat locus in capite de Ibn Zeidouno, infra ex Ibn Khallicane describendo, MS. P. p. 64: وصرف السلطانَ نفعا وضرًّا.

(7) Figuratae dictionis haec est sententia: gratiam illam ac felicitatem, quâ Ibn Zeidoun frueretur, non, ut plerumque fiebat, Reges atque Principes, calumniis circumventos aut malevolentiâ ductos, mox ab hoc ad alium traustulisse, sed ad mortem eum usque, quae provectâ demum senectute accidit, in excelso constitisse honoris beatitatisque gradu. Et vere hoc dictum esse dein apparebit: postquam enim in aulâ Hispalensi, ubi, ut paulo inferius auctor dicit, *sol gloriae ejus demum ortus est*, per multos annos summam dignitatem apud Motadhedum gesserat, eandem ab hujus defuncti filio adeptus ad vitae usque finem sustinuit. Dubium vero non videtur, quin verbum تعدّى, *transiit ab uno ad alterum*, cum بـ constructum significet: *transtulit rem a. u. a. a.* Si quem autem offendat hoc loco vox حَطْوَةً, et vis accusativo illi tributa, parata adest medicina, ut substituatur خَطْوَةً, et locus sic vertatur: *nec d. e. e. i. nisi uno* (*identidem*) *passu ponendo*, *s. s. c. o.*, h. e. *nec subito ex illo praecipitatus est*, *sed pedetentim ipse fato cedens descendit.*

erant merces ejus, et studiose expetebantur (8) novae res ab eo prolatae literarumque ejus thesauri; et quam maxime eum colebat illa (Djahwaridarum) familia, adeo ut linguae eorum gratissimam se praeberet dicendi materiem (9), et ex oculo eorum teneret locum pupulae; et intercedebat ei cum Aboulwalîdo ben Djahwar familiaris consuetudo, in cujus Cabâ uterque solennes abstinentiae ritus et sacras circuitiones peragebant (10), et quam rigabant ex sincerâ amicitiâ, quam inter se colebant, aquis

---

(8) Legi وأَرْهَقَ (quod solum hîc congruit), ut proprie vertendum esset: *et festinare fecerunt* scil. *emtores*, imagine desumtâ a mercibus, quas ut parum obvias et inprimis pretiosas non nisi summo studio et festinatione adhibitis, sibi comparare homines possunt. Dictio ejusdem plane sensûs occurrit in Makrizii libello *de monetis*, et egregie expedita est a Sacyo in *Chrest. Arab.*, (2ae ed.) I. p. 255, quare hunc locum lector velim conferat.

(9) Eadem dictio in hoc libro occurrit, MS. G. p. 50, in capite de filio Regis Motamedi, Alradhio Billah Abou Khalid Jezido: وكلف بالعلم حتى صار ملهج لسانه ' وروضة أجفانه ', ubi in L. pro ملهج male est ملجم. In utroque igitur loco enuntiatum posterius obscuriorem prioris sensum satis illustrat: uti enim *pupulam esse oculi alicujus* summam hujus benevolentiam et ardentissimum amorem significat, et *hortus palpebrarum* (quo nomine hîc ipsi oculi συνεκδοχικῶς intelligendi sunt) ea res dici solet, cujus adspectus et contemplatio in deliciis habetur (conf. H. A. Schultensii الكلم النوابغ pag. 84 N. 141, ubi idem exprimitur verbis حديقة الحدق): ita facile suspicaris, τῷ ملهج اللسان subesse notionem rei vel personae, de quâ identidem loqui volupe sit et jucundum linguae. Nec difficile jam est, hanc significationem linguae usu tueri: nam 1ae formae verbi لَهِجَ in lexicis (conf. Haririi editio Sacyana p. 20 et 206) notio tribuitur τοῦ *deditum esse et addictum rei*, et Schult. ad Harir., I. p. 45, haec attulit, desumta ab Arabibus, ut ait (ipsum enim auctoris nomen non addidit; certe Djauharium aut Camousi auctorem non significavit, utpote qui alia non habent, quam quae in lexica recepta sunt): لهج بالشيء اذا أكثر الحديث به لحبّه به (an له?) وحرصه عليه. Videtur ergo aut pronuntiandum esse مُلْهِج اللسان, et hoc, ut part. act. 4ae formae (quae, ut ex vi participio pass. مُلْهَج in Scholiis ad Harir. l. l., ed. Sac. p. 20, tributâ apparet, etiam transitivam formae 1ae significationem habet) proprie sic vertendum esse: *is qui linguam alicujus ob amorem quo se amplectitur ardore incendit, et de se dicendi studiosissimam reddit;* aut forte مَلْهَج اللسان, ut, cum ملهج pro nomine *loci* habendum esset, vim dictionis in hunc modum exprimeres: *locus cui lingua inprimis devincta est, materia in quâ cum studio et amore versatur.* [Petita sunt illa a Schultensio ex scholiis Mohammedis al Magrebi al Teblebi, quorum exemplar servat MS. Bibl. publ. 136. Ex his supplendum من باب طَرِبَ post بالشيء, et in fine وكانه من اللهجة ولهج الفصيل بالرضاع اذا لجّ فيه. Eadem fere habet Commentator Aboul Abbas Ahmed ben Abdol-Moumen ben Mousa ben Abdol-Moumen al Kaisi as-Serischi († 741 sec. Hadji Khal.) MS. 522, cujus epitome continetur Codice 472, in quo quae addidimus desiderantur. H.]

(10) Ubi semel auctor ad hanc eorum familiaritatem, tecte significans religiosam venerationem, quâ eam ipsi colebant, imaginem Cabae transtulit, mirum non est, quod eandem ultra persequitur, verbis utendo, quae solenni Meccano festo sunt propria: uti enim حجّ est *proficisci ad aedem Meccanam, festi celebrandi cau-*

puris; et habebatur ista (conjunctio) pro gladio acuto e vaginâ educto, ac putabatur tantam habere vim, ut ille rem discrimine plenam per eam expeditam redderet (11), donec accidit ei persecutio, quae tandem ad vincula devenire eum fecit, et facultatem ei ademit libere pedes jactandi et velociter quo vellet incedendi. Tum deprecatum confugit ad Aboulwalidum (12) et conciliare animum ejus studuit, et petiit ab eo ut repelleret (13) cuspides istas hastasque intentas; at ille non flexit ad eum habenas benevolentiae suae, neque avertit ab eo cursum incitatum mutatae mentis suae; quare pro suâ ipse salute artem struxit, quâ clam se surripuit e carcere

---

sd, et اعتمر *eandem invisere, perque festi tempus ibi commorari*, ita احرم significat *Naziraeatum suscipere, viliore veste* (الْإِحْرام) *indutum, et abstinentem a rebus, quae isto tempore vetitae sunt*, ac طاف dicitur de *solenni Cabae circuitione, quae septies est peragenda omnibus, qui ad festum convenerunt*. Conf. Pocockii Spec. hist. Ar. p. 310 seqq., edit. 2ae p. 303 seqq. Simile ejusdem figuratae dictionis exemplum in hoc libro exstat, MS. G. p. 57, in initio capitis de Almotawakkilo Alallah Abou Mohammed ben Almodhaffir: أمرِ الأيّامَ فأئتمرَتْ، وطافتْ بكعبته الآمالُ فأعتمرتْ, quorum verborum sensus huc redit: *quae vellet cunque a tempore impetravit, et multiplex aequalium spes in illo velut in Numine quodam vertebatur.*

(11) Quae in priore hujus sententiae membro occurrit figura, satis intellectu est facilis: significat enim, tantam visam fuisse istius amicitiae vim, ut nihil ei ad noxam inferendam obmoveri posset, quin statim e medio tolleretur. In altero membro patet inter se opponi صَعْب, quod de *jumento contumaci*, et ذَلول, quod de *obsequenti* proprium est, ac voluisse auctorem, putari Ibn Zeidounum tantum per familiaritatem istam valere, ut in quascunque angustias sive per calumnias sive aliis de causis incidisset, illius ope facile eas superare et rem suam tueri posset.

(12) Animadvertenda est constructio verbi استشفع cum ب illius, ad quem deprecatum confugis, pro الى, ut est in lexicis. [شفع in Sp. X. sic usurpavit Abulf. T. IV. p. 480: *Misit Vezirum suum in Iracam* مستشفعا بالخليفة *deprecatum Khalifam, ut pacem inter se et fratrem componeret;* adde T. V. p. 350. Locorum illorum ratio, et inprimis T. IV. p. 540, مستشفعا به الى ابن عمّه, ostendit verbum, cum ب constr., significare *petiit ut aliquis pro se intercederet:* ergo plena phrasis foret فاستشفع بابى الوليد الى تلك الاسنّة المشرعة. H.]

(13) Animadvertenda est constructio verbi استدفع cum ب illius, a quo petis, ut *mala* avertat: Djauharius enim, ex quo ea significatio in lexica recepta est, utrumque nomen tam personae illius quam hujus rei in accusat. ponendum docet: استدفعتُ اللهَ الأسوآءَ اى طلبتُ منه ان يدفعها عنّى. In Haririi autem loco, quem Willm. in lex. citavit, similis constructio hujus verbi cum ب occurrit, sive ex Schult. edit. I. 40, legatur عزمتُ عليك بِمَن تَسْتَدْفِعُ به الأذى, *obsecro te per eum, quem imploras depulsorem mali;* sive ex edit. Sac. p. 19, بِمَن يُسْتَدْفَعُ به الاذى, *a quo mali depulsio rogatur.*

suo, fugitque ut fugit metu correptus (14), et noctu Seviliam tetendit, sicut noctu cursat spectrum quod huc illuc agitatur (15); ac pervenit in eam, antequam ephippiis et frenis equi essent instructi (16), et incolumis evasit cum veloci jumento et freno (17). Ac lubens eum excepit regia familia, et superbiit illo populus univer-

---

(14) Si ex L. legeres فَفَرَّ فِرارَ الآنِسِ من الخائف, vertendum foret: *et fugit sicut fugere solet vir strenuus a meticuloso;* at cum in hoc Cod. non raro quaedam addita sint, quae recentioris scribae ornandi studio ducti manum prodant, tum in hoc loco simplicior lectio, quam ex G. expressi, multo ad sententiam accommodatior videtur: vult enim auctor, Ibn Zeidounum ita fugisse, ut solent ii qui insecutorum metu aguntur, hoc est, praecipitanter et summo cum angore.

(15) Vis comparationis vel in *nocturno* itinere solummodo vertitur, vel illud etiam spectasse auctor existimandus est, quod, sicut spectrum non uno in loco movetur, sed modo hac modo illâ ex parte se oculis offert, ita ille metu agitatus levissimo audito strepitu de viâ cederet, et jam a dextrâ jam a sinistrâ per invia progrederetur. Caeterum non adeo *unâ* nocte, sed nocturnis itineribus Ibn Zeidounum Seviliam tetendisse, auctor significasse videtur, cum ipse Hispalensis probe sciverit, majus esse inter utramque urbem intervallum, quam ut exiguo illo temporis spatio confici posset. Nimirum in Lexico Geogr. *triginta parasangarum* hoc esse dicitur: اشبيلية — مدينة كبيرة عظيمة — غَرْبِىّ قُرْطُبة بينها ثلثون فرسخًا; et in Abdolwahedii libro de quo dein dicam, pag. MS. 388, intervallum *trium itinerum:* ومن مدينة قرطبة الى مدينة اشبيلية ثلث مراحل, cum quo loco conferendus est alius, p. 589, ubi auctor de Seviliâ dicit: بينها وبين البحر الاعظم سبعون ميلًا وذلك مرحلتان.

(16) Videtur haec dictio proverbii loco habenda esse, quo quis significetur tantâ cum prudentiâ iter suum adiisse, et tantâ cum festinatione confecisse, ut ad locum, quem peteret, jam advenisset, antequam equi potuissent instrui ad persequendum fugitivum. Quem sensum cum scriba Cod. L. non assecutus sit, mirum in modum corruptum hunc locum tradidit, et غَلَسًا (*sub finem noctis*) ideo quidem addidisse videtur, quod auctorem unius noctis iter dixisse putaret.

(17) Locus est in capite de Motamedo, MS. G. p. 30, ubi eâdem dictione auctor usus est: ونجا براس طمِرّة ولجام، واوى الى احد المعاقل وهو أعرى من الحسام، Ibi autem margini adscriptum est: قوله ونجا براس طمرة ولجام عجز بيت لحسات (لحسّان .l) قاله فى الحارث بن هشام بن المغيرة يوم بدر وقبله

(الكامل) ان كنت كاذبةَ الذى حدّثتنى فنجوت منجى الحارث بن هشام
تَرَكَ الأحبّةَ أن يقاتل دونهم ونجا براس طمرة ولجام

Sunt ea verba pars posterior versus alicujus Hassanis (ben Tsabit, poëtae, cujus carmen exstat in Hamasâ, p. 737; conf. ibid. p. 399 vs. 3 a fin., 735 vs. 11, et 442 vs. 7 a fin., et Sacyi Chrest. Arab., 2ae edit. II. 413, ex quo loco apparet, eum aequalem fuisse poëtae Nabegae), *quem ille dixit de Haritso ben Hischam ben Almogira die proelii Bedrensis* (vult certe, *quem ille dixit spectans Haritsum ob illud quod fecerat*

die proelii Bedrensis; Harits autem, frater Aboudjahli, ducis Coraischitarum in proelio Bedrensi, ex hoc fugâ se surripuerat, postquam victores evaserant Moslemi; conf. Hamas. 88 init.). *Antecedunt vero eam haec verba:*

Si mentiris ea, quae mihi narrasti, age, serva te viâ, quâ servavit se Harits ben Hischam:
Deseruit hic amicos (desinens) pugnare pro iis, atque evasit cum celeri jumento et freno.

Appellare videtur poëta mulierem, cui, si nescio quâ de re mendax sibi nuntia fuerit, tantam minatur iram et indignationem suam, ut jam ipse ei ancipitem fugam suadeat. Dictio enim نجا براس طمرة ولجام, collata cum dictione non insolitâ نجا براسه, *fugiendo caput suum*, h. e. vitam suam, *periculo eripuit*, fugae celerrimae et quam maxime ancipitis notionem exprimere videtur, ut quis praeter se ipsum et jumentum quo veheretur, frenumque quod manu teneret, nihil servare et secum auferre potuerit. Caeterum apparet, cum verba ea pars versûs sint, nullâ de causâ in L. metrum turbari interposito اليها; foeminina autem forma طمرة, quae in loco, quem ex capite de Motamedo citavimus, etiam in L. reperitur, in lexicis quidem non exstat, sed notante Alb. Schultensio ad exemplar Golii, quo in Bibl. publ. servato mihi uti licet, etiam bis occurrit in Diw. Hodheil., p. MS. 127 et 128. [Vocem طمرة non reperio in Diwane Hodheilitarum isto loco quem Schult. memoravit. Eandem quoque neglexerunt Lexicographi Djauharius et Firouzabadius, et Ibn Doreidus etiam, etsi hic formas rariores diligenter explicare soleat, et peculiari capite de فعل agat aliisque similibus. Ibi, ut reliqui duumviri, solum affert طمر, forte quia consequens erat, طمرة de equa dici, ut illud de equo, quod Djauharius exponit هو مستفز للوثب والعدو وقال ابو عبيدة هو المشمر الخلق. Hassanus ben Tsabit ben Mondsir ben Haram (حرام), e cujus versibus particulam, quae in proverbialem locutionem abiisse videtur, usurpat Ibn Khacan, erat ex Chazredjitis Medinensibus praenomenque habebat Abou Abdorrahman, vel ut alii testantur Aboul Walid vel Aboul Hasam (الحسام). Jam senior accesserat ad Islamismum annos natus sexaginta, sexennio ante fugam, cui quinquaginta quatuor annos supervixit, defunctus Medinae aetatis centesimo et vigesimo, quem pater, avus et proavus quoque attigerant. Testantur ista al Nawawi MS. 357. p. 96 sq. et Aboulfath Mohammed ben Bedroddin in Anthologia inscripta تحفة اللبيب وبغية الكئيب MS. 1. T. I. p. 81 sq. Quae autem Sacyus, *Chrest. Ar.* T. II. p. 413 ed. 2ae, de Hassano refert, haec confirmant, et eum dudum ante Islamismum jam poëtica laude floruisse ostendunt. Huic igitur, quem poëtarum Medinensium, prae caeteris urbium incolis carminum laude florentium, principem Arabes existimabant, et Caabo ben Malek negotium dederat Mohammedes, ut Meccanorum famam in rebus praesertim quae ab bellicam gloriam pertinerent, versibus satyricis insectarentur. Ex hoc vero carminum genere illud est cujus duos versiculos affert Scholiastes, laudatos etiam a Tebrizio ad Hamasam p. 88. Perstrinxerat istis ignaviam Haritsi ben Hescham ben Mogirah vel Migirah, ut testatur Tebrizius l. l., cum Kesre quod aliud Kesre post se habet: وحكى بالكسر على الاتباع. Hic fratrem Abou Djehelum pugna Bedrensi interfectum fuga turpiter correpta deseruit. Leguntur isti ad calcem quinque aliorum versuum apud Aboulfatahum Mohammedem ben Mohammed in كتاب عيون الاثر فى فنون المغازى MS. 340, quos hic adscribam et quamvis obscuriores sint, interpretari conabor.

قبلت فوادك فى المنام خريدة تشفى الضجيع ببارد بسام
كالمسك تخلطه بماء سحابة او عاتق كدم الذبيح مدام
اما النهار فلا افتى ذكرها والليل يوزعنى بها احلامى

من نجا براسه فقد ربح Mid. N. 478

Conf. Grang. Anth. 39: 1.

ad.

NB:

اقسمت انساها واترك ذكرها حتى تغيّب فى الضريح عظامى
بل من لعاذلة تلوم سفاهة ولقد عصيت على الهوى لوّامى

In vs. 2. postulante metro rescripsi الرياح pro الريح. Caeterum fingit, ut puto, Hassanus sibi ab internuncia quadam referri de perfidia puellae ipsi dilectae, idque binis versibus prioribus. Huic quinque versibus ipse respondet et primum iratus puellae inconstantis se nullam in posterum rationem habiturum minatur: at mox ad meliorem mentem conversus rogat quae tandem delatrix integrae labem adspergere audeat. Hinc denique minatur internunciae eique suadet ut si fefellerit quantocius aufugiat Haritsi instar et irae suae se subducat. Carmen verbotenus redditum sic sonat:

Configit cor tuum in somno virgo, (*inquit*), *quae interim concumbentem sibi* (*ore*) *frigido et subridenti satiat.*

(*Ore fragrante*) *instar moschi quem aqua pluvia dilueris*, *aut vini veteris laudandi ob odorem.*

(*Ego vero respondi:*) *interdiu non intermitto memoriam ejus et noctu eam mihi suggerunt somnia mea.*

(*At*) *juro* (*tamen*) *me illius esse obliturum memoriamque deserturum illius*, *donec ossa mea in sepulcro lateant.*

Verum quae tandem est, *quae integram incuset inconstantiae? utique repugno illis*, *qui me amoris caussa reprehendunt.*

Si mentiris ea quae mihi narrasti etc.

Dein his subjungit Aboulfatah carmen quod Haritsus ad excusandam ignaviam composuerit Hassano respondens. Quatuor versus sunt apud Tebrizium l. l.; secundum desideramus in Aboulfatahi exemplo, qui in extremo vs. 4 pro بعقاب يوم مُرصد habet بلقاء يوم مُفسد, quae ut facilis est lectio, ita difficilior altera vs. 1:

الله يعلم ما تركت قتالهم حتى رَمَوْا فرسى باشقرَ مُزبد

Deus novit me non reliquisse pugnam eorum, *donec impetiverunt equum meum sanguine spumante*;

Id est, ut puto, *petiverunt telis ita ut sanguis efflueret.* In Hamasa l. l. pro رَمَوْا legitur عَلَوْا, quod a nonnullis ita acceptum fuisse quasi significaret *gladiis impetiverunt ita ut sanguis efflueret* secundum glossam Djauharii: علوته بالسيف ضربته, ipsa ostendit varietas رَمَوْا, inde orta quod hoc sagittis factum esse verosimilius putabant. Opportune vero memorat Djauharius in v. علا versum quendam Tharaphae ex ignoto carmine speciei الرمل, qui rem plane conficit. Ostendit enim sicut على زيد ثوب et علا زيدًا ثوب dici posset pro *Zeidus veste tectus est*, ita in isto versu وعلا الخيلَ الدماء كالشَّقِر etiam وعلى الخيل ab aliis pronuntiari. Si igitur *adscendit equum sanguis* significabit *equus sanguine tectus est*, phrasis *adscenderunt equum cum sanguine* ex linguae ingenio notare poterit *eum sanguine texerunt*: quod quomodo Tebrizius ad ipsum Haritsum referre potuerit explicans جرحونى, nescio nec vacat inquirere. Utut est, certe magnam famam adepta sunt tum illud carmen, quod احسن ما قيل فى الاعتذار عن الفرار pronuntiaverat Asmaeus, tum duo illi Hassani versiculi a scholiasta memorati quibus respondet. Nam si Tebrizio fides, hos ipsis barbaris hominibus innotuisse certum est, ut tanto minus mireris Arabes ad illos allusisse. En ipsa verba Grammatici sanequam obscura ولما صار ابن الاشعث الى رَتبيلَ تمثل رتبيل بقول حسان ان كنت كاذبة الذى حدثتنى البيتين فقال ابن الاشعث اوما سمعت ما رد عليه الحارث بن هشام فقال وما هو قال الله يعلم ما تركت قتالهم الابيات فقال رتبيل يا معشر العرب حسنتم كل شىء حتى حسنتم الفرار. Locus sane dignissimus est qui hac occasione data

pluribus illustretur. Agitur de Abdorrahmano ben Mohammed ben al Aschats e posteris Maadi Kerbi Kenditae (vide Reiskii annot. hist. ad Abulf. II. n. 189), qui cum ab Hedjadjo Iracae utriusque praefecto missus esset contra Cabuli regem qui hic Retbil appellatur, bene rem gessit, dein minis et contumeliis Hedjadji ad rebellionem adactus cum Retbilo pacem fecit ea lege, ut si vicisset, rex in perpetuum tributo immunis esset, at si victus esset, Retbilus eum in fidem reciperet et contra hostes tueretur. Ab initio fortuna favit Abdorrahmano, postremo pluribus proeliis fusus in Sedjestanam confugit, et hinc post varios casus ad Cabouli regem pervenit, qui eum humanissime quidem et liberalissime habuit, at postea minis, vel promissis Hedjadji corruptus supplicem prodidit Abdorrahmanum, qui ne in inimici manus incideret in praeceps desiluit. Acciderunt ista A. H. 80—84. Res multis narratur in Pricei *Retrospect on Mahommedan history*, T. I, p. 454—463, ex *Khilaset al akhbar* Khondemiri. Abdorrahmani rebellionem et fata etiam attigerunt Elmacinus p. 65 sq. et Abulfeda T. I. p. 422 sq., et ex ineditis, quos inspexi, Ibn Khaldounus T. II, Mesoudius in مروج الذهب, MS. 537. T. II. p. 308, et omnium amplissime Mirkhondus. Videtur ergo Cabouli rex haec quae Tebrizius refert dixisse de Abdorrahmano, cum relictis in urbe Cufa necessariis ad se confugeret. Est vero quod admodum miremur istum hominem barbarum, quem ad Islamismum non transiisse ex eo scimus, quod tributum (جزية) pendebat, istos versus historiamque Mohammedis in promtu habuisse. Praeerat Turcis quos peculiari nomine Halah et Arar (حلح وعرر) appellat Mesoudius l. l., forte a librario corruptus; saltem nomen عرر in غوز mutandum esse admodum verosimile est, cum Gouzos in campis trans Jaxarten flumen, unde facilis est in Caboulum transitus, habitasse constet. Eodem loco nomen regis رتبيل memorat, quod paullo post omnibus regibus hujus tractus Indici commune esse dicit; quo loco tamen in accusativo effertur زنبيلا. Alibi ubi de regibus Syriacis, vel Chaldaicis agit, vetusto tempore Alanorum regem qui circa Indum et Sindum degebat reliquosque circa principes subegerat, primum in Sedjestanam profectum esse dicit, deinceps Chaldaeorum regem interfecisse ejusque regnum occupasse. Quod quamvis fabulosum est, memoro tamen quia hunc regem *Rotbil* appellat, idque nomen ad suam usque aetatem i. e. annum 332 tribui dicit illius Indicae regionis principibus, MS. 537 T. I. p. 200: in MS. 282 p. 119 desunt puncta vocis diacritica. Guignesius vero in *Not. et Extr. des MSS.* T. I. p. 18 habet *Zenbil*, Elmacinus l. l. رتنبيل, Mirkhondus رتبيل, رببيل, vel رتبيل, quod postremum quoque placet Ibn-Khaldouno. Priceus in *Retrospect* etc. l. l. p. 454 scribit *Retpeil*, vel *Retteil*, sed ex confusione literarum similium Re et Waw hic *Vittel*: Indicum nomen latere in nota conjicit. Ad eam literarum permutationem spectat alia ejusdem nominis scriptio ورتبيل, quam offert Ibn Khall. in vita Yezidi ben al Mohalleb, n. 826, in Codice Palm. T. III. p. 190: Mauritanicos etiam Waw habet, deficientibus tamen punctis diacriticis. Hic, quem Biographus Khacanum appellat, Ibn Khaldounus رتبيل ملك الترك, reliquias partium Mohallebidarum, postquam apud Kandabilum, vel Kandajilum (قندابيل, vel ut est in Lex Geogr. قندابيل), ab Omayyadarum copiis internecione caesi erant, in tutelam suam recepit A. 102, ut forte diversus fuerit ab eo qui Ibn al Aschatsum prodidit et 24 annis ante jam regnabat. Titulum his omnibus regibus communem, sed ubique corruptum, agnoscere mihi videor etiam in nomine Emiri Turcici *Zendic*, cujus seculo quinto post fugam clari mentionem reperio in *Hist. Merdasitarum* excerpta ex Kemaloddino et edita nuperrime ab J. J. Müllero, sed Latine tantum, ut Arabicam orthographiam ignorem, quae si sit زنبيك, de conjecturae meae probabilitate vix dubitem. Certius est illud زنبيل scribendum et servatum esse illius rei indicium a Graecis, quorum orthographia cum talibus vitiis obnoxia non sit, Arabicae in ejusmodi nominibus barbaris emendandae multifariam inservit. Nempe Theophanes p. 264 et Cedrenus p. 416 narrant Heraclio bellum contra Persas gerenti auxilio venisse Khazaros, sive Turcas, quorum dux Ζεβήλ, vel Ζεβεήλ, qui erat a Khacano secundus, quadraginta millia hominum ex illis quae adduxerat Imperatori ad belli societatem delegit, dein magno et fere regio honore affectus et Eudociae filiae Heraclii sponsalibus delinitus in regnum reversus est Tiphili (nunc Teflis), ubi Principi Romano occurrerat. Quod vero is, ut Nicephorus patr. testatur p. 11 sq., diadema sibi detractum hominis capiti imposuit, et affinitatem suam ipsi obtulit, id

sus (18), et felicem comperit fugam suam eo susceptam, et acuit adversa fortuna aciem ejus (19): fuitque apud Almotadhedum Billah sicut granum nigrum in intimo corde, atque hic eum integrum sibi vindicavit, ut olim Almotasem sibi vindicavit Ibn Abi Doädum (20), tradiditque ei in manus claves regni sui, putavitque illum sufficere ei destruendo et confirmando (21). Tum vero ortus est sol ejus et lucem

---

profecto satis ostendit hic non de duce copiarum, sed de summo regni rectore cogitandum esse, qui nomine et honoribus regiis Khacano relictis, solus potestatem obtinebat, ut scriptores Arabici docent Ibn Foslan et Ibn Haukal apud Frachnium *Vit. mem. Chasarorum* et D'Ohssonum *Voyage d'Aboul-Cassim* p. 34, 39 sq. Num igitur iste praeter muneris titulum Khacan-bou, vel Khacan-bey, alium habebat Zibil Persico-Turcicum, i. e. *ornamentum regni* ex زيب et ايل compositum et respondentem Arabico فخر الدولة? Num porro iste titulus communis erat apud Turcas omnibus principibus, qui, ut Theophanis verbis utar, erant *δεύτεροι τοῦ Χαγάνου τῇ ἀξίᾳ*, qualem inter alios etiam Cabouli regem fuisse ex Mesoudii efficimus testimonio, tradentis apud Turcas in confiniis Farganae et Sasae habitantes primarium gentis regem esse qui Khacanus Khacanorum appelletur, et cui reliqui omnes reges pareant (وهم على بلاد فرغانه والساس ويلى ذلك الصدقع وفيهم كان الملك ومنهم خاقان الخواقين وكان يجمع ملكه ساير ممالك الترك وينقاد اليه ملوكها MS. 282 p. 75). Obiter moneo ex isto titulo خاقان الخواقين apparere etiam inferiores principes Khacanos fuisse dictos, nec igitur injuria istum honorem tribuisse Wartilo, vel Zibilo Caboulico Ibn Khallicanum. Jam eandem imperii rationem apud Khazaros sive Turcas occidentales, quam apud orientales fuisse conjicio. Nam inter tot scriptores cum Graecos, tum Arabes, qui illos Turcis accenseant, parum credendum censeo uni Ibn Haukalo, eos Turcice loqui neganti. Quasi vero probabile sit, Arabes decimo seculo de Turcica lingua bene judicare potuisse! Postremum hoc addo, observationem Fraehnii, *Ibn Foslan* etc. p. 204, de Chazaris et Alanis perperam ab Orientalibus in Turkistanam translatis, fortassis inservire posse tollendae difficultati loci Mesoudiani ante citati, de Chaldaeo rege a Rotbilo Alanorum principe devicto. Videntur nempe Mesoudius ejusque decessores hos Alanos ad Indum collocavisse, quo solo loco reges Rotbilos nomine noverant: cum revera cogitandum sit de incursione Scytarum septimo ante Christum natum seculo perruptis pylis Caspiis, et Medis in fugam versis, Asiae imperium per annos octo et viginti occupantium, cujus rei memoriam aliquam in tanta historiae veteris ignorantia apud Arabes superfuisse multo magis miramur, quam traditionem tam insigniter fuisse corruptam. H.]

(18) Verti etiam potest: *et attonitus in illo stupuit p. u.;* utrum vero placeat, addendus est lexicis usus praep. ب; et animadvertendum quoque est, verbum هشّ hic construi cum ل pers. *cui benevolus es*, pro ب vel الى, prorsus ut in formâ 8vâ fieri lexica tradunt.

(19) Figuratis his verbis a gladio desumtis nihil aliud hic per orationem contextam exprimi videtur, quam adversam fortunam ei causam exstitisse melioris et splendidioris conditionis.

(20) Ibn Abi Doäd, Judicum Bagdadensium summus, eo tempore vixit (ab anno H. 160—240), quo cum Motazalitis acriter disputatum est, creatusne esset an non creatus Coranus; ille vero cum ab horum, qui creatum eum esse contendebant, partibus staret primarius, maximâ gratiâ polluit apud Khalifas Mamounum, Motasemum et Watsekum, qui etiam ipsi Motazalitarum placitis non parum favebant. Conf. Hamakeri, dilectissimi praeceptoris mei, Spec. Catal. p. 127 et auctores ibi laudati.

(21) Hoc est: *putavit talem eum esse, qui solus, nullo adjuvante, plenam absolutamque regni administrandi potestatem gerere et sustinere posset.* Ut vero animadvertenda est haec sign. verbi استكفى, constr. cum ب pers. et acc. rei, ita, quod ad vim attinet dictionis نقض الملك وابرمه, conferendus est locus in capite de Motamedo, MS. G. p. 18, ubi hic Cordobae, in potestatem suam redactae, regnum filio Dha-

late diffudit, et quoquoversus pervaserunt (22) pulcherrimi foetus ingenii ejus; nec desiit adhaerere splendidae fortunae suae (23), et persistere in excelsâ dignitate suâ (24), donec eum assecutum est fatum suum, et plena luna ejus incidit in ultimam noctem: quo tempore humus de illo texit solem scandentem et florem maturum (25). Jam vero (hîc) literis consignavi ex dictis ejus, quae libertatis et captivitatis tempore edidit, talia quae molliora sunt quam lenis aurae flatus, et nitidiora (26) quam facies formosa: ex quibus est hoc carmen amatorium:

O Luna, cui locus ortûs est Occidens! angorem mihi concitavit ratio quam in amore tuo instituisti (27).
Coëgisti me ad hoc (expostulandi) crimen ad quod deveni: ego fidem servavi: quare ignosce, o tu qui criminis auctor es!

---

fero summâ cum auctoritate administrandum dedisse his verbis dicitur: ولما انتظمتْ فى سلكه، واتّسمتْ بملكه، اعطى ابنه الظافر زمامها، وولّاه نقضها وابرامها، in quibus verba واتسمت بملكه (in G. autem minus bene legitur فى ملكه) pp. vertenda: *et cum impressum ei esset signum possessionis illius*, non aliud significare vides, quam *et cum in possessionem ejus (ea urbs) venisset.*

(22) Vera verborum vis est: *et venerunt in terras altiores* (النَّجْد) *et depressiores* (الغَوْر).

(23) Haec est significatio 8ae formae التحف (quae in lexicis non exstat), cum ب constructae; conf. Abulf. *Annal. Mosl.* II. 486: ثم التحف المتنبى بسيف الدولة, *inde Saifeddaulae comitatui se adjunxit Motanabbi*, et Bidp., ed. Sac., p. 80 vs. 5. Posset tamen corrupta lectio Cod. L. satis bene etiam explicari, si legeres وما زال يَلتحف بحظوته, *nec desiit (velut veste) indutus esse splendidâ suâ fortunâ.*

(24) Hic figuratus esse hoc loco sensus videtur nominis رَبْوة, quod in lexicis (conf. Harir. ed. Sac. p. 106) explicatur: *locus excelsus, collis.* Nescio autem, an lectio Cod. G. بروته ita defendi possit, ut روّة habeatur pro formâ foem., ductâ a masc. روٌ *ubertas*, quam Cast. sub rad. روى notavit.

(25) Hoc est: *ingenii vim, in ipsâ senectute non confectam, sed summo adhuc robore florentem.*

(26) Animadvertenda est haec significatio formae أَشرَقَ. — Quae autem mox offenditur, 5a forma تغزّل hîc et saepius deinde, ut p. 32 vs. 5, p. 33 vs. 7, p. 34 vs. 1, simpliciter significat *amatorio sermone* (الغَزَل) *uti;* et construitur cum ب et فى personae, de quâ eo uteris, vel quam eo appellas, ut p. 23 vs. 8, et p. 34 vs. 15.

(27) Fieri potest, ut poëta his versibus Walladam appellaverit, et masc. genus verborum أصفحْ et مُذْنِبٌ inde simpliciter repetendum sit, quod figurato nomine masc. قَمَر, *luna*, in initio usus est; conf. supra p. 40 vs. 5 seqq., et p. 47 vs. 1 seqq. Nec certe e voce المغرِب efficiendum est, personam quae spectetur, in *Mauritaniâ* natam fuisse; nam ut per verborum lusum, qui hîc facile conspicitur, non aliam ejus notionem praeter universam illam *Occidentis* premi necesse est, ita ex Orientalium certe usu nomen المغرب saepe omnes occidentales regiones, in his etiam Hispaniam, complectitur. — De sententiâ autem versuum, dicit poëta, se de ejus, quam appellat, fide et constantiâ, quod negligentior in ipsum esse coepisset, in anxiam dubitationem ad-

Sane enim inter maxime mira, quae mihi unquam obvenerunt, hoc foret, quod poena mea apud te pro re gratâ haberetur.

Et profectus est aliquando vir quem diligebat, et ex improviso illi accidit separatio hujus et discessus; confecitque aliquam viae partem cum hoc, et comes huic fuit itineris; hic vero tantum sibi sentire visus est ex discessu dolorem, ut penitus ipsum obrueret; quare ille celeriter confecit valedictionem, dum cor ejus non alio afficiebatur sensu, quam si diffinderetur; ac die isto versatus est in statu hominis dolore contriti, et noctem illam transegit in somno fugaci, identidem eandem curam revolvens, eandemque memoriam renovans, dixitque (amicum alloquens):

Valedicito patientiae: amicus valedixit tibi, qui divulgat (28) de secreto suo partem quam tibi commisit,

Quique (jam) contundit dentes suos (29), quod non alios adjecit passibus illis, cum te discedentem comitabatur.

O frater plenae lunae nobilitate et splendore! reservet Deus tempus, quod te conspiciendum (mihi) praebeat!

Si longa est post tuum recessum nox in quâ versor, at quoties questus sum de brevitate noctis, quam tecum transigebam!

Narravitque mihi Vezirus Jureperitus Aboulhosain ben Siradj (30), accidisse ei tem-

---

ductum esse, itaque ad hanc expostulationem coactum, quam licet ipse criminis loco habendam fateatur, non dubitare se tamen, quin illa condonatura esset.

(28) Animadvertenda est rarior haec significatio activa verbi ذاع, quam tamen Cast. notavit. Caeterum poëtis Arabibus perquam solenne est, amorem vel amicitiam, quae inter duos homines intercedit, cum secreto comparare, quod sibi invicem commiserint; unde sequitur, ut is qui amicitiae vinculum solverit, secretum divulgasse dicatur.

(29) *Contundere dentes* signum est poenitentiae; conf. Meidanii liber N. 5479. [Exemplum etiam offerunt versus Ibn Sinae, quos Ibn Khallic., hujus vitam describens (vid. Ind. Tyd. N. 189), ex Schehrestanii (Aboulfatahi Mohammedis ben Abdolkerim + 548) libro inscripto نهاية الاقدام فى علم الكلام excerpsit. Verba Arabica, Cod. P. T. I p. 242, haec sunt (in vs. autem 2° vocem ذقن ex L. reposui, cum P. male habeat ذقف):

(الطويل) لقد طفت فى تلك المعاهد كلها وسرّحت طرفى بين تلك المعالم

فلم ارَ الا واضعا كفّ حائر على ذقن او قارعا سنّ نادم

Utique circumlatus sum per loca ista frequentata (orbis) omnia, et circumtuli oculum per ista vestigia nota,

Nec vidi quemquam nisi qui manum attoniti instar barbae admoveret, vel dentes verberaret instar poenitentis. H.]

(30) Saepius offenditur hujus viri nomen in hoc libro, MS. G. p. 16 vs. 4, 247 vs. 6 caet., et integro etiam capite de illo egit auctor, p. 324—327; ubique vero scriptum est ابو الحسين (non ابو الحسن, ut hoc tantum loco male est in G.; simili errore Casirius, I. I. I. 105 a, latine scripsit *Abulhassan Ben Serag*, cum tamen ex textu arabico, qui ad calcem paginae adscriptus est, appareat, etiam in Cod. Escur. legi ابو الحسين). Et in capite quidem isto laudes viri tumidius, ut solet, efferuntur, et aliquot carmina ejus traduntur, at nihil fere reperitur, quod vitam ejus illustret. In margine autem Cod. G. ad ejus initium

pore, quo latebat, et a tergo habebat persecutores, et se (fugiendo) defatigabat (31), cum esset mane diei sacrificiorum solennium (32), ut excitaretur in animo ejus desiderium ingens et cupido eorum quibuscum consuescere solebat, atque obversarentur ei capreoli illi domestici et dorcades (33). Jamque antea venerat illi dies soluti

---

اسمه سراج بن عبد الملك كانت وفاته, adscriptum legitur: الوزير الاستاذ ابو الحسين بن سراج يوم الاثنين لست بقين لجمادى الاخر (l. الاخرة) من سنة ثمان وخمسين اه; et ad verba, quae statim sequuntur: كبير دار الخلافة, ibidem hoc annotatum est: قوله كبير دار الخلافة اى قرطبة لانها كانت ماوى الخلفاء من بنى مروان اه. Fuit ille igitur vir auctoritate et opibus pollens in urbe Cordobae, aequalis et amicus Ibn Khacanis; quae res, praeterquam ex hoc loco aliisque similibus, apparet quoque ex literulis (رقعة), quibus se ab illo appellatum esse, auctor p. 325 tradit. Uti vero scholion prius et patrem viri (Abou Merwan Abdolmalekum ben Siradj, de quo in peculiari capite agitur p. 306 seqq.) et annum mortis ejus indicat: ita quisque intelligit, ad hunc supplendum esse وخمسماية: quae centenarii numeri omissio arguere videtur, annotationem istam vel profectam esse ab aliquo, qui eodem isto saeculo vixerit, nec multo igitur inferior fuerit quam ipsius auctoris aetas (conf. supra p. 11), vel petitam eam esse e libro in quo de pluribus, qui isto tempore viverent, exponeretur. Caeterum in Condei etiam libro, l. l. II. 154 vs. 11 et 191 vs. 17, de duobus viris fit mentio, qui ad Siradjidarum gentem pertinerent, et praeterea conf. Casir. l. l. II. 132 a, ubi eundem, de quo hîc agitur, significari probabile est.

(31) De tempore vitae Ibn Zeidouni, quod hîc significetur, infra disseram, eodem alia omnia rejecturus, quae chronologiam spectant. Quod autem ad ipsa haec verba attinet, sive ab auctore profecta, sive pro simpliciore lectione, quae in G. exstat, a librario ornatûs causâ substituta putentur, dubito an explicari in alium sensum possint, quam qui in translatione expressus est: nam dictio جَرَى أَمَامَ الطَّلَب proprie significat *cucurrit ante persecutores*, et verbo تبارى, quod membrorum resonantia tueri videtur (nisi enim haec obstet, legendum censeam وتبادى, *et (huc illuc oberrando) Scenitarum mores imitabatur*), ejusmodi vim tribui, cui et loci ratio maxime favet, et lexicorum auctoritas non plane adversa est: cum enim in his 1a forma برى inter alia vertatur: *defatigavit* cursus et labor camelum, per analogiam linguae quodammodo licere putavi, ut 6ae formae media illa vis adscribatur *semet cursu defatigandi*.

potius تَبارى hic eandem vim habere ac qm 3a forma بارى, quae cum acc. constr. signi. paria fecit cum aliquo; conf. Geog. Anth. 31: 8 seqq. a f., ut sensus sit. et currebat ante persecutores et pari cum iis celeritate ubat.

32) Verbum اضحى, quod loci structura arguit ad Ibn Zeidounum referendum esse, dum sequens غداة est accusat. temporis, non aliam hîc vim habet, quam simplex كان, pro hoc autem ab auctore substitutum est, ut major esset vocum resonantia. Quae vero hîc et infra significantur, duo festa sunt, cum religione Mohammedanorum ubique conjuncta: alterum, majus, *sacrificiorum solennium* (Arabibus يوم الأَضْحَى, يوم القُرْبان, عيد النَّحْر, العيد الكبير vel الاكبر, et العيد κατ᾽ ἐξοχὴν; conf. carminis quod sequitur vs. 8), quod incidit in diem decimum mensis duodecimi (ذى الحجّة); alterum, idque minus, *soluti jejunii* (عيد الفطْر, العيد الصغير vel الاصغر, et الفصْح; conf. idem vs. 8), quod celebratur die primo mensis decimi (شوّال), excipiens jejunium totius mensis noni (رمضان). Conf. Herbelot. in v. *Aid.*

(33) Hoc nomine *sodales* dici, et satis notum est, et loci ratio ostendit; conf. autem supra p. 40 vs. 5, et quod ad hunc locum annotabitur.

R

jejunii, miseria autem ita occupaverat vestigium de salute ejus reliquum, ut penitus illud delevisset (34): cujus cum jam rediret ad illum sensus tristissimus, ac defatigarct illum iterata ea molestia, recreationem petiit a memoriâ jucundi temporis sui, et ad quietem redegit palpebras suas insomnes repraesentandâ menti suae istâ in somnum proclivitate (35), et recordatus est loca saepius frequentata, ad quae exire solebat in festo, et in quibus se oblectabat cum sodalibus illis leni collo insignibus (36), dixitque:

O amice mi (37)! non hilarem (me) reddit jejunii solutio, nec solennia sacrificia: ecquis enim status est illius, qui vespere eodem desiderio tenetur, quo medio die!

Et quoties desiderio me afficit Scharko'licab (38), nec desii sincerum amorem pedi illi montis proprium dicare.

p. 22. Atque excitat Kasro'lfarisy (39) in pectore meo ardorem, qui non deëst tundendo igniaria amoris.

---

(34) Animadvertenda est haec significatio formae 3ae, vel 4ae, si lectionem Cod. L. praetuleris; nescio autem an neutra bene se habeat, ac reponi oporteat 1am formam عفاء.

(35) Hoc est: *redeundo in memoriam istius temporis, quo curae expers placido somno frui et leniter quiescere solebat;* inprimis autem, quod ad dicendi modum attinet, cum hoc loco conferatur versus, quem infra e proleg. Safadii editurus sum, MS. p. 10. vs. 3.

(36) غيد (pro غيد) est forma pluralis, ducta a sing. أغيد; hoc autem, cum proprie eum significet, *qui lene et flexibile collum habet*, quale est collum dorcadum, figurate de sodalibus eodem modo dicitur, quo supra ipsum eorum animalium nomen his tributum est; conf. vero versus, qui reperitur in Reiskii edit. Tharafae p. 54, a cujus initio, ut ad nonam speciem (السريع) componi possit, litera و tollenda est.

(37) Quis appelletur hoc carmine, plane ignotum est; patet vero hunc unum ex intimis Ibn Zeidouni amicis fuisse, quem dum Cordobae degeret, perpetuum habuerit gaudiorum suorum consortem.

(38) Cum ex contextâ oratione facile appareat, omnibus nominibus quae in hoc carmine occurrunt, exceptis duobus ultimis in versu postremo, significari hortos vel loca amoena, haud ita longe ab urbe Cordobae dissita, accuratius tamen de iis exponere fere non possum, quod in libris geographicis, quos hîc inspiciendi copia est, plane non commemorantur. In horum numero locus est, quem in hoc versu poëta dicit; ex ipso autem nomine efficias, campam significari, ad pedem jugi cujusdam montium, et quidem ab oriente illius situm.

(39) Animadvertenda est sign. activa, quae 8ae formae اقتدح hîc adscribenda videtur. Quod vero sequitur nomen Kasro'lfarisy, *Palatium Persae*, aliunde quidem notum non est, nec tamen plane, credo, latet, unde origo ejus repetenda sit: ut enim constat, regnantibus Abdarrahmane III et filio ejus Hakemo et nepote Heschamo, cum divitiis abundaret Hispania, summum fuisse luxûs et magnificentiae studium, nec Reges tantum in immensas substructiones ingentem sumtum impendisse, sed Hadjebos quoque et Veziros et reliquos in civitate principes viros non raro propria habuisse palatia et splendidissimas villas condidisse (conf. Conde l. l. I. 521 vs. 13, 538 vs. 4 a fin., 613 vs. 18 seqq. et Aschbach l. l. II. 173 vs. ult. et 174): ita ab historicis est proditum, initio regni Hakemi Sabourum Persam, insigni eruditione virum, e patriâ suâ Cordobam migrasse, et apud Regem illum, literarum cum primis studiosissimum, tantâ gratiâ polluisse, ut primum quidem dignitate Cubicularii ab hoc ornatus, deinde vero Badajosae (بطليوس) et regionis adjacentis praefecturam nactus fuerit, quam provinciam postea bellorum civilium tempore sibi ipse vindicasse et ad mortem usque tenuisse legitur (conf. Conde l. l. I. 457 vs. 1 a fin., 485 vs. 12, et II. 12 vs. 24 seqq.) Hunc igitur, cum

Nec desinit (memoria) Djaufyo'lrosafae (40) mihi cognitas reddere aerumnas talis conditionis, quae facit ut moeror sequatur calamitatem.

Nec contemnendum est tempus (quod cum amicis exegi) in Mahbaso Nasihin (41); nam accipiebam in eo cum flagrante animi propensione monitum fidele.

Ac si non adfuerim, cum tempore festi in Schahdâ celebrati, in arenam descendit objurgatio, cujus exitus fuit ut vincerer,

Proeliaque conserta sunt, quae in rem suam convertit falsa criminatio, quamvis intercederet inter nos arbiter obsequiosus, qui pacem firmaret (42).

Cordobae degeret, in ejus viciniâ amoenam villam habuisse, magnificis aedificiis instructam, cui pristini possessoris nomen deinde in proprium abierit, nullo modo a verosimilitudine abest.

(40) Ex eorum libris, qui de Hispaniae rebus scripserunt, satis nota est Rosafa, ut locus prope Cordobam ad ripam Guadalquiviri (الوادى الكبير) situs, qui et nomen illud et splendorem suum Abdarrahmani, primo ex Omayadarum familiâ Regi, acceptum retulit: hic enim, anno H. 139, postquam Cordobam totius imperii caput constituerat, ibi palatium regium condidit, magnificos hortos adornavit, et viam inde Cordobam stravit (conf. Conde l. l. I. 170 et Aschbach l. l. I. 117); de loco autem illo, quem splendidius etiam excoluisse Abdarrahman II anno 236 legitur (Conde I. 284 vs. 7), eâ potissimum de causâ crebra ab historicis fit mentio, quod sepulcra Regum Omayadarum ibi juxta palatium exstrui solerent (Conde I. 355 vs. 4 a f., 436 vs. 18, 454 vs. 24, 487 vs. 13). Jam ergo videtur poëta nomine *Djaufyo'lrosafae*, pp. *vallis cavae* vel *amplae*, *ad Alrosafam sitae*, eos, quos dixi, hortos vel partem eorum significasse. Idem vero Rosafae nomen ut multorum locorum proprium exstitit, ita fuit etiam et nunc est suburbii cujusdam Valenciae, Hispaniae urbis. [Hanc solam Rosafam memorare neglexit Yakoutus in Moschtareko, ubi novem loca hoc nomine insignia enumerat. Notavit istam omissionem Ibn Khall. in vitâ Abou Abdallae Mohammedis ben Galeb Hispani Arrosafi (n. 682), quem Casirius II. p. 77 b, et p. 122 b, male *Arasifi* appellat, addens illud esse parvum oppidum بلنسية عند, *apud Valenciam;* ut eâ tempestate nondum cum urbe coaluerit, quod hodie obtinere ajunt. Ibidem memorat alteram Rosafam Cordobae, quam ipse بليدة صغيرة, Yakoutus مدينة appellat. Hoc procul dubio melius; neque enim tot viros doctos, quorum Yakoutus l. l. et Abou Mousa Mohammed ben Mohammed Al Ispahani (vid. Spec. Catal. p. 145) primarios recensent, ex parvo oppidulo prodiisse verosimile est. Accedit, quod Ibn Haukalus (p. 40), quantum ex obscurâ illius descriptione intelligitur, Rosafam satis amplam fuisse testetur, eam dividens in urbem superiorem, quae templo principali, sive جامع, sit insignis, et inferiorem, quae thermis, foris et diversoriis ornata, superiorem ab omni latere cingat, solo excepto australi, ubi est vallis et via, quam الرصيف *stratam* appellat Arabs, uti Condeus *Calzada.* Hinc efficitur, Rosafam a septentrione Cordobae sitam fuisse, cum paullo ante dicat, duas portas arcis Cordobensis ad eam viam ducere, quae per vallem Rosafam tendat. Condiderat autem illud oppidum Abdarrahmanus in memoriam Rosafae Syriae, ab Heschamo ben Abdalmalek avo suo fundatae, ut Yakoutus ait. H.]

(41) Hic locus mihi prorsus ignotus est: nomen significat *carcerem fidelis monitoris* vel *sinceri amici.*

(42) Legi in priore versu نزال عتاب, et accusat. illum una cum seq. وقائع pendere putavi a verbo اشهد; الفتح autem dictum videtur pro فتحى, quod per ambiguam vim, infinitivis propriam, hic significet: *τὸ vinci meum;* in posteriore versu verbum جنى (pp. *carpsit* fructus) facili figurâ ad eum quem expressi sensum translatum est. Nomen vero شهدة, quod ignoto loco proprium videtur, in lexicis explicatur *favum mellis.*

Quot fuerunt dies conjunctionis, quam in Alakiko (agendam) praestituebas (43), etiamsi tempus ei condictum non incideret in Festum magnum aut in festum Paschatis (44).

Quot vesperae transactae hilari ludo in Mosannât Malikin (45), cum pocula porrigi a compotoribus cuperes vel natationem;

Ad stagnum, cujus te dementem rapiebat superficies, (velut) viridibus crystallinis instrata, quae putares laevigasse palatium (quale erat palatium Salomonis) (46).

...t hij ô op den grond van de ...er, die met kostbare steenen ...d was? zie N. Arab. 1. 154:2.

Conf. Mak. p. 107: 8 a f.

Caeterum horum versuum sententia accuratius infra consideranda erit, cum diversis locis inter se collatis explorabo, quaenam res originem dederit criminationibus in Ibn Zeidounum conjiciendis, unde mox fugâ se servare coactus fuerit. Dicit enim, credo, se locorum, in quibus olim cum amicis versari, et festa solennia agere solebat, memoriâ adeo delectari, ut prorsus oblivisci videretur, inter ea loca etiam esse Schahdam, ubi quae exorta essent jurgia et certamina, licet mox arbitri cujusdam ope sopita et composita, ansam tamen adversariis dedissent, ipsius apud Regem graviter accusandi, et sic efficiendi, ut ex hujus gratiâ penitus excideret.

(43) Nomen عقيق, ut locum omnem significat *quem torrens secat*, ita multis vallibus proprium est: conf. lex. Meninsk. et locus lexici Geogr. in Hamakeri Spec. Catal. p. 101; neuter vero ejusdem nominis vallem, in Hispaniâ prope Cordobam sitam, commemorat. — Forma 8a اقتضى eandem hîc *praefiniendi* vim habet, ac 1a; conf. ex parte versus, supra editus p. 55 vs. 4.

(44) Herbelot. in v. *Aid* jam mentionem injecit de nomine *Paschatis*, Mohammedanorum festo soluti jejunii tributo: verba ejus haec sunt: » C'est celle, que les Chretiens du Levant appellent fort improprement la » Pâque des Turcs, à cause qu'elle finit leur jeûne, comme la fête de Pâque finit le nôtre." Quod igitur ille Christianis tantum in more esse tradidit, idem apud Arabes ipsos, certe Hispanos, obtinuisse, hujus loci ratio docet, nec dubium enim videtur, quin vocem antecedentem bene ex Cod. G. ediderim العيد, quo nomine κατ' ἐξοχὴν hîc *Festum majus* significetur, non vero ex Cod. L. legendum sit الفطر.

(45) Nomen ignoti hujus loci significat *aggerem Regis* vel *Maleki*. — Frequens autem est in hoc libro usus verbi عاطى de *porrectione* poculorum vel vini in conviviis: sic MS. G. p. 31 dicit auctor de Almamouno, filio Regis Motamedi: ما اشتغل بمعاطاة مُدامة، ولا توغّل للعصبان شعب نَدامة، et p. 395, in capite de وكان بينه وبين وزيره ابى القاسم زمامُ ائتلاف، legitur: الاديب ابو بكر الدانى الشهير بابن اللّبانة ومعاطاة سُلاف، (in G. etiam hîc male legitur ومعاطات) (Vezirus de quo hîc mentio fit, est Vezirus Nasiroddaulae, Regis Majorcae); porro etiam in p. 11 occurrit pass. formae 6ae (*mutua inter illos pocula porrecta sunt*): فأُديرَت الراحُ، وتُعوطيَت الاقداحُ، Quare putavi hoc loco مُعاطاةَ نُدْمانٍ simpliciter dictum esse pro معاطاةَ ندمانٍ أقداحًا, nec video certe, si pro ندمان ex Cod. L. substituatur قدمان, in hanc vocem ullam explicationem cadere.

(46) Animadvertendus est usus simplicis راكد, quod subintellecto nomine ماء hîc *stagnum* significare videtur. Quod vero *viridia* crystallina dicit, inde explicari potest, quod aquarum stagnantium color, licet sint purissimae, semper tamen est subviridis. Caeterum in fine versûs apparet poëtam spectasse locum Coranicum, Sur. 27 vs. 44, ubi in notissimâ illâ de Balkisae ad Salomonem adventu narratione haec leguntur: قيل لها

O loca conventûs, voluptatibus plena, et tractus consuetos amori dicatos, in quibus tu septimam aleae sagittam in rebus optatis pro sorte distribuisti (47).

An nunquam integrum erit Alzahram redire ei, qui jam locorum intervallo inde remotus est, ex cujus oculorum angulis aedificia ejus plene absoluteque aquam exhauserunt (48):

اُدْخُلِى الصَّرْحَ فلما رأته حسبته لُجَّةً وكشفت عن ساقَيْهَا قال انه صرح مُمَرَّدٌ من قَوَارِيرَ:
Dictum est ei: intra palatium; quod ubi vidit putavit vastum mare esse, et nudavit crura sua (ut illud transvaderet). At Salomo, falleris, inquit, est palatium laevigatum crystallinis.

(47) Hoc est: *in quibus tu, o amice! per festivam consortionem tuam omnia mea vota explevisti, et perfectissimae beatitatis mihi auctor fuisti.* Spectat enim poëta aleam, veteribus Arabibus inprimis usitatam, المَيْسِر dictam, quae sagittis, in utrem conjectis, ac deinde prout cuique exciderent, in orbem distributis (unde hîc verbum اجال), exerceri solebat; conf. Pocockii Spec. H. A. p. 324 seqq., edit. 2ae p. 313 seqq., et locus Nowairii in Rasmusseni *Additam. ad hist. Arab.*, Arab. p. 67, Lat. 61 seqq. Patet inde, septimam sagittam, المُعَلَّى dictam, felicissimam fuisse in hac aleâ sortem.

(48) Accusat. مدامعه pendet a nomine actionis quod sequitur نَزْحًا, prorsus ut in vs. 3 hujus carminis زنادَ الهوى a sequenti قَدْحًا. Cum vero accusat. نزحا non alio modo explicari queat, quam ut pendeat a verbo تَقَضَّتْ, animadvertenda est vis activa, formae 5ae tributa, utpote quae idem hîc significat quod 1a et 2a, *absolvit, consummavit.* Vult autem poëta, se tanto teneri desiderio urbis Zahrae atque aedificiorum ejus splendidissimorum, ut lacrymae jam omnes, quibus absentiam suam defleret, exhaustae essent. Quod vero ad urbem illam attinet, satis copiose de eâ dixerunt Conde l. l. I. 413 seqq. et Aschbach l. l. II. 106 seqq., quorum narrationis haec summa est: Abdarrahmanem III, qui ab anno H. 300 — 350 Hispaniae praefuit, in loco, quinque milliarium intervallo a Cordobâ remoto, et eodem modo ad Guadalquivirum sed mari propius jacente, quem ob amoenitatem vehementer diligebat, et in quo verna et autumnalia tempora transigere solebat, palatium incomparabili magnificentiâ condidisse, adjunctis in viciniâ multis aliis aedificiis, pari splendore conspicuis, in his templo primario, quod luxuriâ et pulchritudine ipsi Cordobensi templo excelleret, monetâ, domiciliis praesidiorum, caeteris: porro ibidem eum hortos adornasse, omnibus rebus quae aut voluptariae aut sumtuosae essent instructos, et tantâ amplitudine, ut ad ipsius Cordobae suburbia pertinerent, ac nitenti huic loco, qui sensim in urbem excrevit et altera imperii sedes constituta est, nomen الزَّهْرَاء (h. e. *candidae*, vel *fulgenti pulchritudine praeditae*) imposuisse a puellâ, quam e cunctis gynaecei sui mulieribus maxime adamaret, adeo ut etiam statuam ejus, spretâ Moslemorum lege, ad principalem novi palatii portam erigendam curaret: hanc autem sanequam ingentem substructionem, certe maximâ ex parte, absolutam fuisse anno H. 325. [Idem tempus fundatae urbis notavit Nuweirius loco infra citando, memorans Abdorrahmanum substructionem eam perfecisse annis duodecim et viginti quinque ibi habitasse, quo admisso manus operi admoverit A. 313, idque absolverit A. 325. At si haec vera sunt, quae tandem caussa est, cur Mesoudius qui multis de isto Abdorrahmano agit et ista se scripsisse testatur A. 332 (vide MS. 282 p. 91), quae, inquam, caussa est cur Zehram silentio praetereat, etsi tum aliarum urbium tum Cordubae, quod caput regni vocat, meminerit? Antiquissimum de Zehra testimonium est Ibn Haukali condito oppido supparis, cujus verba, item Nuweirii et Ibn Khaldouni, digna censeo quae hic legantur, sed Latine tantum, ne nimium spatii occupent. Ibn Haukalus igitur, MS. 314 p. 40, *Abdorrahman ben Mohammed*, inquit, *aedificavit urbem az Zehra dictam, ab occidente Cordubae ad radicem montis, qui Bathlasch* (بطلش) *appellatur.* *Designavit autem vicos*, vel *fora*, *et bali-*

O conclavia (palatii) Regis, quorum latera splendent, ita ut vesperam nigram intus ea putares tempus matutinum (49).

Manifesto mihi repraesentat mens mea binas inaures ejus, et magnum templum ejus et turrem amplam tectumque (50).

---

nea et diversoria publica, palatia et villas (منتزهات) *ibi exstruxit, hominesque eo pertraxit ut vulgo ibi aedificia erigerent, cum publice per praeconem edixisset, omnibus qui domum exstruerent aut in vicinia Sultani habitatum venissent, praemium 400 dirhemorum esse propositum. Hinc plebs certatim ad locum frequentandum convolavit, crevitque et auctus est incolarum numerus. Eodem translata aerarium et rationarium publicum* (ديوان) *et thesauri, quae tamen mox Cordubam reportata fuere, cum ex nonnullorum morte et expilatis furto thesauris malum omen cepissent.* His complura addit Noweirius in Cap. V sect. V part. V Encyclopaediae, quod de Omayadarum rebus agit, inter alia narrans Abdorrahmanum a Christianis, in quorum provincias duodecies expeditionem susceperat, icto foedere postulasse, ut 12000 sibi operarios commodarent, qui sibi in aedificanda Zehra praesto essent, tribus a Corduba milliariis remota. Novum oppidum, quod in infimis montis radicibus jacebat et aquaeductu instructum erat, trifariam diviserat: una pars monti proxima palatiis et mansionibus principis erat dicata, altera domibus satellitum, quorum 12000 equitum aureis balteis gladiisque unionibus distinctis ornati; tertiam horti occupabant, in quos e palatiis prospectus erat, variis fructuum generibus insignes. In primariis hujus loci ornamentis erat cubiculum (مجلس), hortis imminens, columnis suffultum, marmore exstructum. Laminis aureis tecta tabulata erant et gemmis incrustata, in fronte vero cubiculi erat lacus hydrargyro plenus (بحر املاءُ بالزيبق), et repercussis radiis solaribus cubiculum illustrans. In Zehra exstruenda quotidie occupati fuerant fabri lapidarii mille, quibus singulis duodecim adjunctae operae (رقاص ?), quas illa duodecim millia Christianorum fuisse conjicio, ab Hispanis principibus foedere accepta. Vides autem insigne discrimen inter Ibn Haukalum, qui Zehram facit suburbium Cordubae ab illius civibus frequentatum, et Nuweirium, qui illud solius principis et aulae usibus inserviisse testatur. Tertium accedat testimonium Ibn Khaldouni, qui peculiari capite, مباني الناصر inscripto, de substructionibus agit Abdorrahmani, in his de illius aquaeductibus et دار الروضة, dum addit eum Zehrae sedem regni posuisse; tum praeter palatia et hortos memorat viridaria feris alendis, spatiis curriculisque amplissima, et aviaria opere reticulato obumbrata (مجالات للوحش فسيحة الفناء متباعدة السياج ومسارح للطيور مظللة بالشباك), tum officinas conficiendis instrumentis bellicis et armis aliisque rebus destinatas. H.]

(49) Animadvertendus est usus accusat. أثناءها pro في أثنائها, uti mox sequitur خلالها pro في خلالها.

Caeterum de splendore, qui intrinsecus in palatii Zahrensis conclavibus conspiceretur, haec Condei verba apponere lubet (l. l. p. 413): »Der Fuszboden in den Gemächern und groszen Sälen war von Marmor mit eingegrabener verschiedenartiger Kunstzierrath, eben so die Wände mit Marmor getäfelt, und mit abwechselndem vielfarbigem Schnörkelwerk ausgeziert, dasz es eine Lust war, sie anzusehen;" et haec Aschbachi (l. l. p. 107, 108): »Der prachtvollste und reichste Theil des Palastes hiesz der Chalifen-Saal, dessen Fuszboden und Wände von Marmor waren. Decken und Seiten waren mit Gold, Perlen, Basreliefs, Arabesken reich ausgeschmückt. — — Auch die andern Säle und Gemächer waren mit Vorhängen, Tapeten und Verzierungen aus Goldstoff und Seide überaus reich ausgestattet. Blumen, Landschaften, Thiere waren darauf so natürlich und täuschend dargestellt, dasz man sie, nach den Versicherungen derer, die sie gesehen hatten, für lebendig und wirklich halten muszte."

(50) In hoc versu de aliis aedificiis mentionem injicit, quae praeter palatium regium urbi Zahrae ornamen-

O habitaculum alacritatis, cujus suavitas in memoriam revocat Paradisum, si quem in eo aut vespere aut medio die commorantem haec commoratio inani lactat beatitatis sensu (51).

Illic columbarum caesiarum catervas (52) humectant loca umbrosa, in quibus fortunam expertus sum virum beneficum.

---

to essent: apparet enim per vim voci مقاصير propriam, pronomen ها in قرطيها et قبتها ad ipsius urbis nomen in versu abhinc secundo, non ad vocem illam in vs. anteeedente, referendum esse; quâ de re dubitandi locus esset, si مقاصير non *conclavia*, sed ipsum *palatium* significaret: tum enim القرطان et القبة dici putares aedificia ad ipsum palatium pertinentia, et de illo quidem cum non magis quam nunc certus esses, hoc tamen admodum facile explicares ut de conopeo illo (*pavillon*) dictum, quod in mediis hortis super colle exstructum, insignem in modum ornatum fuisse referunt (conf. Conde l. l. p. 414 vs. 16 seqq., Aschbach l. l. p. 109 med.); porro tum الكوكب الرحب amplam aliquam palatii turrem, et السطح tectum ejus significare videretur, quod non minus quam reliqua omnia nituisse iidem, quos laudavi, tradiderunt. Jam vero القرطان bina, nescio quae qualiave, aedificia designat, inprimis magnifica et in ipsâ urbe sita, sive iis nomen hoc *inaurium* a formâ tributum putes, seu a loeo quem occuparent, nempe ut ex aedibus, quibus cum juncta fuerint, fere ut inaures solent a mulierum auribus, alta pependerint, seu denique eo tantum sensu hoc vocabulum iis adhiberi potuerit, quo figurate res quasvis pretiosissimas exprimat. Quod ad القبة attinet, uti saepius *templum primarium*, vel *cathedrale*, ut ajunt, significat, ita nihil hic obstare videtur, quominus dictum putes templum illud celebratissimum Zahrense, de quo supra jam mentionem injeci; et tectum quidem ejus eàdem arte ac palatii regii excultum fuisse, non est quod dubitemus; quod vero altâ et amplâ turri (منارة, hic كوكب dictâ, uti res omnes rotundâ formâ praeditas et e caeteris emicantes sic dicere Arabes solent) instructum fuerit, vel ideo probabile est, quod templum Cordobense, ad cujus formam fere institutum esse videtur, turrem ejusmodi ducentos et quinquaginta pedes altam habuisse legitur; conf. Conde l. l. I. 211 in f. Caeterum non plane decernere ausim, utra lectio potior habenda sit, الكوكب الرحب, quae in G., an الكوكب الدجون, quae in L. offertur; haec enim, quae pp. significat *stellam candidam*, *splendentem*, etiam arcis cujusdam, si bene memini, nomen proprium est: forte tamen hoc ipsum, librario inter scribendum obversatum, corruptae lectionis causa fuit."

(51) Dictio, quâ in priore versûs parte summa istius loci amoenitas exprimitur, Arabibus satis est solita: pro exemplo sit locus ex Condei libro, qui, ut notum est, auctores Arabes ad verbum expressit; agitur autem in eo de areà templi Cordobensis, I. 444 med.: „Dieser Hof ist ziemlich geräumig, mit Palmen „und Pomeranzenbäumen bepflanzt, mit schönen Brunnen flieszenden Wassers verziert, welches zwischen Blu-„men und lieblichem Grün unter dem Dache fruchtbringender Bäume dahin rieselt, um an die Süszigkeiten „des Paradieses zu erinnern." Conferatur etiam ibidem, p. 613, hoc initium carminis:

„Alcazar des Abi Meruan,
„Des Paradieses Ebenbild —"

cf. Kosegarten Chr. 2:10.

In altero hemistichio verba أن يمسى فيه أو يصبحا nominativi vicem gerunt, et الفتى est accusat. verbi غم; animadvertendum vero est, metri leges postulare, ut يمسى non يمسى per vim antecedentis أن, sed يمسى pronuntietur; de quâ poëtarum licentiâ Sacyus dixit in Gramm. Ar. II. 373. N. 690. Ewald Gr. Ar. 1.270. N. 398. conf. Gram. 210:17. Ham. 48:7.

(52) Animadvertenda est forma plur. جفاف, ducta a sing. جفة.

Jam pro voce canorâ cantatricum in mediis locis istis, mihi accidit audire bubonem desertorum, qui primo jam mane dormiendi appetitum avolare fecit,

Et cum antea manu tenerem poculum, quod qui circumferret vitâ ipsâ (mihi) carior esset, jam (vexat me) violentus impetus terrorum, quorum causâ teneo hastam (53).

Sane vero nox, quam (olim) transegi super ripâ Bidhae, brevior fuit quam nox quam (in praesenti) transigo in Anâ aut Albathhâ (54).

---

(53) Liberius haec verti; patet autem accusat. تَقَحَّمُ, prorsus ut مُفَدَّى in vs. antecedente, pendere a verbo تَعَوَّضْتُ. — Male vero in textu expressum est الْمُفَدِّى tanquam part. act.; nam legendum est الْمُفَدَّى in formâ passivâ, quod per vim verbi فَدَّى pp. significat *eum cui dicitur: pro te devovero caput meum*, hinc vero *carissimum aliquem et inprimis adamatum.* Exemplo sit hic versus, qui Hamas. p. 101 vs. 2 a f. occurrit:

(الوافر) مُفَدَّاةٌ مُكَرَّمَةٌ علينا يُجَاعُ لها العِيَالُ ولا تُجَاعُ

(*Equa*) *inprimis carissima et in summo honore nobis habita, cui ut bene sit fame afficiuntur domestici, dum ipsa famem non patitur unquam.*

(54) Certum est per loci rationem, nomine illo quod in priore versûs parte extremum est (sive ex L. legas بيضة, seu ex G. نبطة), flumen aut amnem dici, in Cordobae viciniâ situm; ego vero priorem scriptionem praetuli et بيضة, pronuntiavi, conjiciens, hîc proprium nomen expressum esse magni illius fluminis, quod Arabes الوادى الكبير, *Guadalquivirum*, appellare coeperunt, Hispani autem ipsi *Baetin* vocabant, unde universa ditio ad Cordobam pertinens nomen *Baeticae* traxit. Bocharto, *Geogr. Sacrae* T. I p. 606 vs. 24 (edit. 3ae), illud *Baetis* Punicum ביצי, *paludosus*, esse videtur: quo sumto, satis accurate, solâ terminatione immutatâ, Arabico بيضة expressum esset. Caeterum Guadalquiviri ripas praesertim prope Cordobam splendidissimis hortis velut consitas fuisse et eximiâ amoenitate loca exhibuisse, non opus est ut probem. Quod vero ad nomina attinet, quae in fine versûs offenduntur, si plane constaret quibus locis propria fuerint, simul apertum esset, ubinam isto tempore poëta degerit. At posterius quidem, البطحا (quod breviore formâ dictum est pro البَطْحَاء), cum significet *locum depressiorem*, compluribus vallibus paludibusve aut universe locis reliquâ regione inferius jacentibus, in his etiam urbi Mauritanicae prope Telemsanam (تلمسان) proprium est, ac propterea hîc quoque ejusmodi locum in Hispaniâ situm indicare videtur; sed cum nusquam alibi mentionem ejus factam repererim, certi quid de eo pronuntiare omnino non possum. Prius, si ex L. legeretur بشانة (nam ultima certe vocalis metri causâ mutanda esset), non magis notum foret; at si lectionem Cod. G. بانة ita pronuntias, ut in textu scripsimus, aliquantum forte lucis accedet. Nam آنَة (quae scriptio confirmatur loco lexici Geogr.: بطليوس مدينة كبيرة — على نهر آنة غربى قرطبة) nomen est *Anae*, etiam magni Hispaniae fluminis, quod hujus terrae partem occidentalem a Baeticâ separat; si ergo

Haec autem erant loca conventûs, in quibus Omayadae (quondam) transigebant (55) noctes atque dies, et intactos eos linquebant (56) casus adversae fortunae: ac pala- p. 25. bantur in Scharko'licab, et observabant ibi fulmen, quod apparebat e nubibus quae ignem emitterent (57); et oblectabantur in Djaufyo'lrosafa, et fruebantur vitâ quae continenter occupata erat sponsâ ostendendâ marito et cum pompâ nuptiali ad hunc deducendâ (58); et removebant a se monitionem sinceri monitoris, et gaudebant

---

sumere licet, hîc eo nomine peculiariter dictum esse tractum aliquem Hispaniae occidentalis, ad istud flumen situm, et البطحا locum esse huic finitimum, optime certe explicabitur, quod infra, in seq. pag. vs. 14, auctor, idem adhuc tempus Ibn Zeidouni vitae spectans, scripsit: فلما حل بذلك الغرب.

(55) Aliud exemplum hujus significationis verbi قطع reperitur in versu, supra edito p. 41 vs. 87. Finitima vis est, quae eidem verbo saepius tribuitur in *Noctibus Arabicis*, nempe *fallendi*, vel ut ajunt, *brevius reddendi* tempus, ut I. 31 (edit. Habicht. coll. p. 32, 37 caet.): قولى لى يا اختاه ان كنتى غير نائمة فحدثينا من احاديثك الحسان لنقطع سهر ليلتنا هذه: *dic mihi: o soror mea! si non dormis, age narra nobis aliquam e pulchris narrationibus tuis, ut fallamus horas hujus noctis, quas vigiles transigimus.* Caeterum pluralem بنون cum verbo sing. foem. construi posse, notum est ex Sacyi Gr. Ar. II. 188. N. 319; quare licet dein verba pluralia sequantur, hîc ubi nomen illud proxime antecedit, numerum mutare non necesse duxi.

(56) Dictio نام عنه plane est Arabica, et cum proprie significet: *dormiit quominus eum curaret*, hinc saepe vertenda est *neglexit eum* vel *intactum eum reliquit;* conf. Tograï carminis vs. 15, et Sacyus in *Journ. des Savans* 1825 p. 33. Quare non dubito quidem hanc veram lectionem esse, nec tamen negarem eam quae in L. offenditur, bene etiam posse explicari: ut enim نيام est plur. participii نائم, ita خيام quoque duci posset a sing. خائم, et locus sic verti: *nec ausi sunt eos aggredi casus* caet.

(57) Mihi quidem satis certum videtur, lectionem ثقاب unice veram esse, et ita verti posse, ut in translatione factum est: cum enim formae ثاقب in Cast. lex. vis tribuatur stellae *ardentis*, *fulgentis*, ثقاب vero, quod illius esse plurale potest (conf. annot. superior), significare etiam dicatur *sidera*, *res splendorem emittentes*, facile apparet, pro eo quale nomen suppleatur, diversarum rerum splendentium et ignem emittentium notionem vocibus istis tribui posse. Quod tamen si cui displiceat, lectionem servet quae in G. offertur, et نقاب habeat pro plur. ducto a sing. نقب *rima*, *fissura*, ut sensus loci sit *fulmen quod apparebat e (nubium) rimis:* et isti quidem formae hanc vim reverâ subesse, docet locus lexici Geogr. ad v. نقاب, nomen proprium loci prope Medinam: النقاب بالكسر — جمع نقب وهو الخرق فى الجبل.

(58) Proprie: *gustabant vitam, cui per omne tempus* (accusat. enim الدهر etiam alibi hoc significat, ut supra p. 34 vs. 6; conf. Sacyi Gr. Ar. II. 308 vs. 6 a f. et 350 vs. 6 a f.) *mandatum erat munus ostendendi sponsam* caet.; quâ figuratâ dictione patet summam eorum vitae beatitatem hilaritatemque solutissimam exprimi. Animadvertenda autem est forma nominis actionis foem., زفافة, quam membrorum resonantia tuetur, lexica vero non offerunt.

consortione suâ in Mahbaso Nasihin; et coeci erant Alzahrae, surdique ad nuncium domini Bagdadi (59); donec tandem mors eos inde abstulit eosque dissolvit, et pro deliciis illorum locorum iis retribuit id quod retribuit; factique sunt fabulae et famae materies (60), nec alio inde viatico instructi sunt (61) quam odoribus et lignis aromaticis (mortuorum corporibus inspersis). Ea autem loca conventûs jam prehensa tenent manus mutationis, et vespertino tempore adeunt aves crocientes (62),

---

(59) Verbum عَمِىَ uti duplicem habere sensum potest, proprium τοῦ *coecum esse*, et figuratum *inconsiderate agendi prae levitate*, ita utrumque hîc in animo habuisse auctor videtur: nam cum nomine Zahrae, urbis splendidissimae, conjunctum وعَمُوا significare posset: *coeci erant* vel *occoecabantur adspectu splendentissimi Zahrae ornatûs;* idemque cum sequenti وصمّوا conjunctum, figuratum sensum habet *prae levitate non curandi quae pro salute regni curiosius expendi mererentur. Surdum* vero *esse ad nuncium domini*, h. e. *Khalifae*, *Bagdadi* proverbii plane Hispanici prae se fert speciem, cui notio subesse videtur *tantae in opibus et potestate suâ collocatae fiduciae, ut adversus summa pericula se rem suam tueri quis posse securus sit.* Nimirum ex historiâ notum est, quo tempore Omayadarum familiae, Orientis imperio ab Abbasidis pulsae, auctoritas in Hispaniâ restituta esset, iique hanc terram, uti adhuc fuerat Omayadarum provincia, sibi jam pro regno vindicassent, Abbasidas omni operâ studuisse, ut inde etiam invisam gentem expellerent, receptamque Hispaniam suo imperio subjicerent: quod consilium licet anno H. 145 — 146, et saepius deinde, copiis ex Mauritaniâ traductis et seditione admodum ancipiti concitatâ, exsequi conati fuerint (conf. Conde I. 183 seqq., 189 seqq., 192 seqq., 200, et Aschbach I. 121 seqq., 126, 129, 170): illi tamen nunquam dubitarunt viribus eorum suas opponere, et auctoritatem suam egregie sustinuerunt. Caeterum quod hoc loco auctor spectat, ipsis Omayadis rei suae extremo tempore male gestae ac tandem plane perditae culpam esse tribuendam, sanequam verissimum est; in maximis enim periculis ii non raro Zahrae otiabantur, neque ullâ de re nisi de deliciis suis et multiplici voluptate cogitabant; vide e. gr. quae de penultimo Rege, Mohammede Almostacfi Billah, relata leguntur in Condei I. 603 seqq., Aschbachi II. 288 seqq.

(60) Dictio صار حديثاً Coranica est de eo, cujus tristissimae vicissitudines spectaculum praebent aequalibus, et posteris sermonum materiem: conf. lex. Willmeti in v. حديث. Apparet ergo voci أنبآءً, resonantiae causâ adjectae, eundem fere sensum hîc tribuendum esse.

(61) Animadvertenda est constr. 5ae formae تزوّد cum accusat. rei, *quam tibi viatico comparas*, vel *quâ tanquam viatico instrueris*, loco praep. ب.

(62) Verbum راح in 3â formâ constr. cum accusat. loci, idem hîc significat quod 1a forma constr. cum الى. Vocem quae sequitur, نعبات, *crocientes* reddidi, existimans esse participium, vel nomen agentis, formae فَعِل, quae forma inprimis in verbis neutris admodum frequens est; si vero ex L. legatur نغمات, haec prorsus eadem forma erit, ducta a verbo نغم, et verti poterit: *aves leni voce canentes;* videtur tamen notio, quae verbo نعب subest, magis convenire cum hujus loci ratione. Caeterum quod istorum tractuum faciem adeo mutatam esse centum annorum spatio dicit, nemini mirum erit cogitanti, hoc ipso quod interjectum est tempore primum in Cordobae regnum novam Regum familiam successisse, deinde ibi inter Djahwaridas et Abbadidas, mox inter hos et Morabithas gravissima bella gesta esse, ac praesertim, totam Hispa-

factaque sunt post tantum ornatum loca sine curâ relicta (63), et evaserunt in pastum lupo et in locum ludendi buboni; dum auditur in iis daemonum strepitus, et prosternuntur in iis et heros strenuus et homo debilis (64). Sic mundi opera sunt vastitas, et spes in eo posita vapor matutinus et vana species aquae: exitio dedit (miseros illos) in foveam dejectos (65), et disperire fecit quicquid fuit Marebi aggerum et (aquae) obicum (66). — Ille autem (circa idem tempus) hos versus amatorios confecit, Walladam appellans:

O tu, quae longo intervallo (a me) remota es, at quae (tamen) habitas in arcanâ cordis mei cogitatione, induxit te mundus tuus in oblivionem viri cujus mundus tu es.

---

niam postquam in Morabitharum potestatem venit, non nisi umbram aliquam pristinae magnificentiae retinuisse. Conf. vero etiam Conde I. 564, ut appareat quantum detrimenti jam extremo Omayadarum tempore per turbas intestinas splendida ea loca subinde passa sint; deinde exemplo villae vel potius urbis Alzahirae, prope Zahram ad Guadalquiviri ripas anno demum H. 368 ab Almansouro, Regis Heschami II Hadjebo, ingenti sumtu exstructae, et anno 399 jam ab iratâ plebe penitus eversae (vid. Aschbach II. 174 et 250), haec de quâ agimus res illustretur; ac denique animadverti velim, urbis Zahrae nomen in Condei opere post T. II. p. 54 extr. (et 65 vs. 4 et 21) nusquam offendi, cum antea de illâ tam crebra mentio facta sit.

(63) In lexicis, in quibus formae 4ae verbi سدا significatio tribuitur *libere sine pastore dimittendi camelum* (conf. Schol. ad Harir., ed. Sac., p. 207 et 570), forma سُدًى vel سَدًى (quae a Cast. etiam recepta, et commemorata ad Harir. p. 207, huic loco magis convenit ob formam vocis resonantis للصَّدَا) explicatur: *libere dimissi sine pastore cameli.* Quo autem appareat, alias quoque res, sine curâ relictas, dici سدى, conferendus est Cor. 75: 36, ubi legitur أَيَحسب الانسانُ أَنْ يُتْرَكَ سُدًى: *an putat homo nullam actionum suarum (a Deo) curam haberi?* et inprimis etiam versus, qui exstat Harir. p. 570 vs. 10.

(الخفيف) مَرْبَعِى مَأْلَفُ الضُّيُوفِ ومالى لهم سُدَا

Mansio mea est locus consuetus hospitum, et opes meae illis (ad utendum) libere relinquuntur.

Quae vero vocis explicatio si hoc loco non probetur, سدا pronuntiandum est سَدًّا ut accusat. τοῦ سَدٌّ *obex qui itinera obstruit;* et cum per se quidem hoc non omnino malum videatur, meo tamen sensui se parum commendat resonantia τοῦ سَدًّا cum sequente للصَّدَا.

Conf. Reiske ad Abulf. I. 270.

(64) Haec loci horridi et inculti, ut a daemonibus et latronibus frequentati descriptio Arabum ingenio prorsus accommodata est; si vero ex G. reciperetur lectio ويسرع, vertendum esset: *et gressum in iis accelerat (ob daemonum metum) tam h. s. quam h. d.*

(65) Significat auctor incolas urbis Nedjrae, ex quibus quotquot ad Judaeorum religionem transire nolebant, Rex Jemanae, Dzou Nowas, in ardentem foveam dejici jussit, itaque neci tradidit. Conf. Cor. 85: 4, et praeter Maraccii comment., etiam Johannseni liber, anno 1828 editus, *Historia Jemanae*, pag. 88.

(66) Notum est ex Arabum scriptis ingens illud diluvium (سيل العرم), quo tota Marebi urbs una cum regione adjacente deleta fuerit. Conf., ne de Reiskii et Sacyi scriptionibus dicam, idem Johannseni liber, p. 60 seqq. et 282. — Caeterum loci ratio satis arguit, voci حيازة tribuendam esse significationem *aggeris.*

T 2

Detinent te quominus de illo cogites joca quibus delectaris, nec locum habet in animo tuo illius memoria.

Forte noctes (67) me superstitem servabunt donec spem consecutus ero, quae quanam in re vertatur novit tempus anteactum diesque praeterlapsi (68).

Huic autem Walladae, Almahdiji filiae (69), studiose erat deditus ejusque amore captus, ac lucem petebat a luce faciei ejus in nocte obscurâ (70); eratque ea tanta in humanitate et elegantiâ, adeoque in servitutem redigebat (hominum) auditum et

---

(67) Saepius in his carminibus (conf. supra p. 52 vs. 4) *noctes* simpliciter dicuntur pro *tempore;* nec insolita etiam est ea dicendi ratio apud alios: sic in carmine Motanabbii, quod edidit Anton. Horst, Bonnae 1823, versus quintus hic est:

(الطويل) تغيّر حالى والليالى بحالها وشبت وما شاب الزمان الغرانق

Mutatus est status meus, at noctes in eodem statu manserunt; et equidem consenui, non consenuit vero tempus (quod semper manet) juvenis.

Causa autem hujusce dictionis inde repetenda videtur, quod Arabes magis etiam noctibus quam diebus numerare tempus solent.

(68) Vult, credo: *quam in te, Wallada, unice verti, nec praeter societatem tuam quicquam spectare, vita mea anteacta testatur;* posse vero τῷ دهر peculiarem illam *anteacti temporis* notionem tribui, patet ex Ibn Zeidouni versu, infra edendo e prol. Saf. p. MS. 10 vs. 5. Alius quidem hujus hemistichii vertendi modus se offert: *quae quid significet*, h. e. *quemnam eventum habitura sit, novit fortuna et tempus (futurum)*; sed multo minus hunc congruere priori versûs parti, nemo non sentiet.

(69) Satis certum videtur (ne hîc alias rationes, infra exponendas, commemorem) ob consentientia inter se Safadii (prol. MS. p. 5), Ibn Nabatae (prol. MS. p. 6), Hadji Khalifae et aliorum (conf. Aschbach II. 288 annot.) testimonia, patrem Walladae fuisse Mohammedem ben Abdarrahman ben Obaidollah, septimumdecimum post Abdarrahmanem I. Hispaniae Regem, cujus notissimus est titulus Almostacfi Billah; huic vero cum magnifica المهدى appellatio non propria fuerit, de duobus unum statuendum est, vel per errorem scribarum in utroque hoc codice, et forte jam in aliis antiquioribus, lectionem corruptam esse (quam in rem conf. infra locus, ex Abdolw. descriptus, p. MS. 99 et 101), vel ipsum libri auctorem deceptum fuisse, alterum Mohammedem cum altero confundentem. Unus enim quem ex Omayadarum Hispanorum familiâ appellationem المهدى بالله *qui in rectam viam a Deo directus est*, superbe sibi arrogasse constat, est Mohammed ben Hescham ben Abdaldjabbar ben Abdarrahman Alnasir, decimus post Abdarrahmanem I Rex, qui regnare incepit mense sexto anni 399 (Chr. 1009) et mense ultimo anni 400 occisus est, dum alter ille, brevi tantum spatio interjecto, regnavit per septendecim menses a penultimo inde mense anni 414 (Chr. 1024). Ut vero non diu est, ex quo de verâ scriptione et vi istius tituli inter eruditos constat, ita et Casiri l. l. II. 51 a, et Conde l. l. I. 558, commemorantes Mohammedem illum eum sibi vindicasse, scripserunt *Mohdi* et *Mohdi Bila*, significante insuper altero et altero ipsis verbis notante, vertendum esse *pacis restitutorem* (المهدى); et Aschbachus etiam, l. l. II. 255, cum satis bene pronuntiaverit *Al Mahadi Billah*, vim tamen appellationis eodem modo atque illi expressit.

(70) Hoc est: *in adversâ tristique rerum conditione collocatus semet consolabatur et exhilarabat repraesentatâ menti suae splendidâ illius facie:* quare neutiquam mala etiam est lectio Cod. G. بنور تخيلها.

obtutum, ut ad se pertraheret (omnium) animos et corda, et canos senes reduceret ad mores juvenum. Postquam igitur ille (aliquamdiu) degisset in occidentali tractu isto (71), et solutus esset nodus patientiae ejus per animi moerorem, reversus est Alzahram, ut lateret in tractibus ejus, et curas suas levaret adspectu illorum qui in eâ urbe versarentur. In hanc autem advenit, cum ver eam induisset pallio suo, et lilia sua rosasque explicuisset, et implevisset rivulos ejus, et ad canendum adegisset luscinias ejus: unde alacri hîc animo fuit, uti (quondam) erat Djamil in Wadi'lcora (72), et vespertino tempore degit inter (odores) horti (73) maturo flore

---

(71) Notum est, eam Hispaniae partem, quam ad occidentem maxime sitam, hinc Anae flumen (*Guadiana*) a Baeticâ separabat, illinc Atlanticum mare terminabat, Arabibus الغرب (*Algarve*) dictam fuisse; unde hoc nomen etiamnunc eidem regioni, quae jam Lusitaniae regni pars est, proprium remansit; conf. vero supra ann. 54.

(72) [Alludit ad amores Djamili et Botsainae, inter Arabes non minus celebratos quam Medjnouni et Leilae. De illis multa habet al Bakaï in كتاب اسواق الاشواق, in *Chrestom. Arab.* Kosegarteni p. 141—150, unde discimus ambos pertinuisse ad tribum Odsritarum (عذر) et habitasse Taimäae in Syriae confiniis, cujus loci Emirum Botsainae cognati contra Djamilum excitarunt, unde solum vertere coactus est, ad mortem usque fidus et constans amator. Tebrizius ad Ham. p. 159 sq. (ubi carmen Djamili exstat, uti aliud p. 155 et ab initio p. 226 in scholiis) narrat tres fuisse Djamilos poëtas, amatorem vero Botsainae (بثينة), quam appellat etiam alio nomine Batsnam (بثنة), esse Djamilum ben Mamar, qui fuit e Kodhaae (قضاعة) posteris. Interim ex stemmate Genealogico complures omisit supplendos ex Ibn Khallicano, qui vitam viri habet n. 141, Cod. P. T. I. p. 176—180. Cod. Leyd. T. I. fol. 105—107, et Djamilo praenomen Abou Amroui, Botsainae Omm Abdolmaleki tribuit. Jam Tebrizius, a Bakajo discrepans, narrat mulieris contribules, qui frustra eum capere conati erant, Merwanum adiisse ea tempestate Medinae praefectum, ut hominis audaciam carminibus illos insectantis reprimeret; qui cum vovisset se ipsi linguam excisurum, confugisse Djamilum ad Djodhamenses, donec revocato Merwano rediit ad suos. Cum autem Merwanum Moawiae tempore Medinae praefectum fuisse constet, de Djamili aetate ex his conjecturam facere possumus: quem diu postea adhuc superfuisse ostendit Ibn Khallicanus, eum in Aegypto obiisse asserens A. 81 vel 82 aerae Moslemicae, ubi praefectus Abdol Azizus, Merwani filius, eum benigne et comiter exceperat. Ex versibus autem quos moribundus effudit, servatis cum ab Ibn Khall. tum l. l. Chrest. Koseg. p. 148 f. 149 pr., apparet Botsainam Wadilkorae degisse, vel potius inter eum locum et Taimäam, ubi adhuc medio seculo Hedjrae quinto monstrari solebat lapis in quo Djamil et Botsaina una quondam sedere soliti erant; vide ibid. p. 143; et testatur etiam Tebriz., l. l. p. 159 vs. ult., Botsainae domicilium fuisse Wadilkorae, vel potius ambos ibi habitasse: vix enim dubito quin pro منزلها legendum sit منزلهما ex Ibn Khall., qui ad verbum hic respondet Tebrizio, forte quod ex eodem fonte hauserat. Num fons iste communis est *Kitab al agani*, in cujus excerpto Gothano res et carmina Djamili octo paginas implent formae maximae? Vide J. H. Moelleri Catal. p. 187. Erat enim Djamilus inter primarios veterum poëtas, ejusque Diwanum celeberrimum esse dicit Ibn Khall. Ejusdem et commentarii quoque mentionem facit Hadji Khalifa, sed admodum breviter, ut utrumque fama tantum, non usu cognovisse videatur. H.]

(73) Formam روض non tantum pro plurali formae روضة habendam esse, ut lexica tradunt, sed et ipsam esse singularem, hic locus et carminis quod sequitur vs. 3us persuadent: quibus locis alii bene multi addi possent, ut e. g. ex Ibn Habibi opere supra, p. 17 vs. 17 et 18, laudato, روض باسم *hortus ridens*, MS. p. 535, et الروض المسكوب *hortus bene rigatus*, p. 555.

ornati et aurae suavi flatu spirantis (74); ac desiderio affectus est conveniendi Walladam, tenerrimoque hoc amore cupivit, at metuit istas calamitates et aerumnas (75); quare literas ad illam dedit, describens magnitudinem immensam commotionis suae, et angustiam intervalli quo ab illâ separatus esset (76), et objurgans illam quod p. 24. negligeret ipsum visitare, et describens pulchritudinem loci ubi in isto tractu degebat et versabatur; dixitque:

Ego tui memor sum Alzahrae cum animi desiderio, dum finitor serenus est, et facies terrae nitet,

Et aura lenis est in immotis flatibus suis (77), ac si tenero erga me affectu esset, et prae miseratione se lenem praestaret,

Et hortus per aquam suam argenteam subridet, (ita splendens) quasi torquibus a collis (puellarum) dissolutis (eum ornasses).

Dies est, quales fuerunt dies voluptatibus pleni, qui jam nobis abrupti sunt, quos furto abstulimus cum mala fortuna dormiret.

Oblectamus animum nostrum adspectu florum, qui oculum sibi conciliant, in quibus obit ros, donec deorsum colla inclinant (78).

Videntur oculi eorum, cum intuiti sunt insomniam meam, deflere animi mei perturbationem, et lacrymae per eos circumire, nunc hac nunc illac conspicuae (79).

---

(74) Verbum سَرَى, cui in lexicis etiam *transeundi* et *quovis pervadendi* notio tribuitur, ubi de vento vel de aliâ re quae spiritus exhalat, usurpatur, *spirandi* et *flatum late emittendi* significationem habere videtur: conf. carminis quod sequitur vs. 8us, et ejusdem quoque vs. 12us, quippe in quo pro verbo هفا, *per aërem agitatus est, flavit* ventus, in Cod. Saf. ad marginem adscripta est varians lectio سرى. Satis ergo est probabile, hoc loco etiam nomen actionis سُرَى in istum sensum accipiendum esse.

(75) Nimirum, credo, *quibus necessario se exposuisset, si desiderii explendi causâ ipse Cordobam perrexisset.* Animadvertendum vero est, verbum وحنّ, cui in hoc sententiae membro resonat والمباكِنْ, sublatâ duplicationis notâ pronuntiandum esse وحَنْ: cujus licentiae uti non pauca apud poëtas exempla offenduntur in versuum fine, ita conf. infra Ibn Zeidouni carmen quod edituri sumus ex MS. 219 كتاب فى علم الفلاحة لمحمد بن ابراهيم بن يحيى الكَبتىّ.

(76) Voces أَمَد et طَلَق, quibus auctor hîc usus est, hippodromo sunt propriae: altera enim *terminum* vel *metam* hujus, altera equi in hoc *curriculum* significat; quare verba, quae liberius verti, hanc proprie vim habent: *et angustiam metae suae versus eam et curriculi sui*, h. e. *et quam exiguum modo spatium sibi, jam Zahrae degenti, ad Walladam visendam conficiendum esset, modo hoc iter per Regis iram ipsi impune liceret.*

(77) الاصائل, *ventos constantes, immoto flatu ex eâdem regione spirantes*, hîc ideo poëta dicit, quod in verno tempore describendo versatur; conf. *Vita Timuri* II. 376 vs. 4.

(78) Verbum مال activam significationem *inclinandi* non habet, sed neutram *propendendi* vel *se inclinandi;* quare accusat. أعناقا adverbii loco habendus est, ac proprie vertendus: *a parte collorum.*

(79) In scholio huic versui adscripto, رقراقا dicitur حال مؤكّدة معنويّة العامل, h. e. *accusat. adver-*

Rosa coruscat in locis suis (80) soli expositis, et per eam illustris diei lux magis etiam splendet in oculo.

Late spirat, cum hac contendens fragranti halitu spargendo (81), nilopharum adhaerescenti odore, ad dormiendum proclive, cujus pupulas e somno excitat aurora (82).

Omnia nobis excitant recordationem desiderii tui quo tenemur, dum ab illâ non abduxit pectus nostrum angustia quâ premitur (83).

---

biascens, *verbo* (جال) *corroborandi causâ adjectus at solâ significatione cum hoc conveniens* (*non item formâ*; quod ubi locum haberet, حال مؤكّدة لَفظيّة diceretur, nempe si poëta pro رقراقا scripsisset جائلا). Conf. Sacyi Gr. Ar. II. 392. N. 751.

(80) Patet, مَنَابِت esse formam plur., ductam a sing. مَنْبِت *locus ubi germinat planta.*

(81) Animadvertenda est haec sign. 3ae formae verbi نَفَحَ; conf. scholion textui subjectum. Quod vero attinet ad sequens عَبِق, cum verbum عَبِقَ in lexicis explicetur: *adhaesit* ei odor (conf. supra p. 26 vs. 7), consequens est ut forma ea participialis, quae ibidem redditur *leviter afflatus odore*, proprie significet rem *adhaerescentem*, inde vero per ellipsin nominis رِيحُه, eam *cujus odor in rebus adhaerescit*: et adjectum hoc legitur in versu, Hamas. 710 vs. 4 a f., in quo خَيْزُرانٌ رِيحُها عَبِقٌ significat *virgam cujus odor fragrans adhaerescit*; conf. Tebrizii comm., qui formam عَبِق explicat τῷ ذو عَبَق.

(82) In libro Alsojouthii de rebus Aegyptiacis (كتاب حسن المحاضرة فى اخبار مصر والقاهرة), cujus duo exempla hîc exstant N. 113 et 376 (1777,8), caput est de *herbis odoratis et floribus Aegypti*, in quo cum nilopharo etiam peculiarem locum auctor tribuerit, pauca inde, quae hunc versum illustrent, describam: قال ابن تلميذ ومن عادته انه يحوّل وجهه الى الشمس اذا طلعت فيزيد انفتاحه بزيادة علوّ الشمس فاذا اخذت فى الهبوط ابتدا ينضمّ على ذلك الترتيب حتى ينضمّ انضماما كاملا عند الغروب ويبقى مضموما الليل كله فاذا طلعت اخذ فى الانفتاح وهذا دأبه ابدا قال وهو نبات قمريّ يزيد بزيادة القمر وينقص بنُقصانه. Conf. etiam Kosegartenii Chrest. Arab. p. 168; de Ibn Talmidzo autem vide Herbelot. in v. *Talmid.* Vitam ejus descripsit Ibn Khall. N. 783. Conf. cod. 639 p. 427, 428.

(83) Verba أَنْ ضَاقَا vice nominativi (فاعل) hujus sententiae funguntur: conf. locus huic plane similis, supra p. 38 vs. 10. Integram vero propositionem لم يعد — ضاقا non esse *relativam* (ut verti oporteret: *a quâ non abduxit* caet.) sed *adverbiascentem* (جُمْلة حاليّة), manifesto arguit absentia pronominis التى: quod uti abesse nunquam potest, si propositio relativa accedit ad nomen vel naturâ suâ vel articulo vel pronomine affixo plane determinatum, ita non minus requiritur, si ea pendet a nomine quîcum aliud conjunctum est in casu genitivo et hoc quidem articulo vel pronomine restrictum; quod postremum inprimis animadvertendum videtur: nam si hoc nomen plane non determinatum est, linguae ratio non postulat ut الذى addatur; sic

Conf. exemplum [illegible] Gr. Ar. II. 385 n. 6 supra jam cit. (2e edit.)
Conf. Fr. Grang. Anth. 127: 9, 10.

Si venisset (84) mors quo tempore vobiscum conjuncti eramus, sane fuisset illa e generosissimis qui unquam fuerunt, indole ac moribus:

Sane (tum) quietum reddidisset Deus cor, quod obversantem sibi habet vestri memoriam (85), nec volasset illud alâ desiderii vehementem in modum palpitans (86).

---

ex. gr. abest pag. 22 vs. 9 et 11, et pag. 25 vs. 3. Conf. autem ex parte Sacyi Gr. Ar. II. 303 seqq. N. 534 seqq. inprimis 542.

(84) Verbum وفى, cujus 3ae tantum et 4ae formae in lexicis tribuitur *veniendi* notio, eandem et in 1â et in 2â formâ habet. Quod ad hanc quidem attinet, quam in hoc versu offendi metrum arguit, conferendus est versus primus pag. sequentis, in quo vocales verbi وفاكم ex ipso I. Khac. G., qui rarissime eas additas habet, descriptae sunt; illius vero formae usûs ut complura sunt in carminibus, ab Ibn Habibo traditis, exempla (conf. etiam Habichti Index ad T. I Noct. Arab.), ita luculentissimum unum est in versu Ibn Zeidouni, supra p. 43 vs. 9 edito. — De dictione فى جمعنا بكم, frequens quidem est istiusmodi nominis actionis significatio passiva; hîc vero animadverte, illud cum eâdem praep. construi, quae formae 8ae, cujus jam notionem exprimit, propria est. Quod autem in hoc versu et in seqq. pronomen plur. كم reperitur, cum sola Wallada appellata sit in vs. 1 et 9, hoc non ita prorsus explicandum puto, quasi metri causâ alterum numerum pro altero poëta substituerit, sed videtur, ubi plurali usus est, praeter Walladam significasse caeteros, quos Cordobae reliquerat, amicos et familiares: simili modo in initio carminis, supra p. 44—48 editi, ad plures, in fine vero ad solam Walladam oratio conversa est.

(85) Verba عن ذكركم pronuntianda videntur عُنَّ ذِكْرَكُم: cum enim activa forma عَنَّ significet *apparuit*, *obversata est* illi res (conf. locus in Tebrizii schol. ad Ham. p. 598 vs. 1, ubi vocalibus adjectis scriptum est عَنَّ لى الشى), passivae formae عُنَّ, subintellecto pron. لَهُ, vis subjici potest *habuit rem sibi obversantem*; jam vero vaga haec et infinita locutio determinatur addito accusativo adverbiascente (حال التَّمْيِيز, *terme circonstanciel spécificatif*) ذِكْرَكُم *quod ad vestri memoriam attinet.* Et sic quoque loci structuram explicuisse patet eum, qui scholion adscripsit, cujus vero dictorum ut propria vis intelligatur, inprimis conferendus est Tebrizii locus ad Ham. p. 6 vs. 12 seqq.: quo collato apparet eum hoc voluisse: *Quod ad verba* عُنَّ ذِكْرَكُم *attinet, haec integra propositio* (sic dicta, quoniam عُنَّ verbum est; verbum autem, cum in eo lateat pronomen, naturâ suâ est compositum, et integram per se propositionem absolvit) *est* صفة (*le qualificatif*) *nominis* قلبا; *unde vera vis sententiae, si integram hanc propositionem explicueris substitutâ* صفة *simplici* (h. e. si verbum ipsum mutaveris in nomen adjectivum verbale, quod, cum in hoc non item atque in verbo pronomen lateat, naturâ suâ simplex est nec per se unquam propositionem efficit), *sic effertur:* قلبًا معنونًا ذِكْرَكُم له. Eodem modo, ut exemplo rem illustrem, si diceres: رأيتُ رجلا يَحْسُنُ وجهًا, pp. *vidi virum, pulcher ille erat facie*, h. e. *qui pulcher erat facie*, verba يَحْسُنُ وجهًا forent رجلًا ثمّ صفة هى جُمْلَة; at pro جُمْلَة illâ substituis صفة مُفْرَدَة, dicendo رأيتُ رجلا حسنًا وجهًا, *vidi virum pulchrum facie.*

(86) Animadvertenda est haec significatio formae خفقان, quae linguae analogiae prorsus est consentanea; conf. Sacyi Gr. Ar. I. 232 N. 622.

Si vellet me sublatum auferre venti flatus, cum per aërem agitatur, asportaret ad vos virum, quem quod ei accidit infortunium emaceravit (87). p. 25.

O κειμήλιον meum nobilissimum (88), pretiosissimum, amatum cordi meo, si unquam amantes possederunt κειμήλια!

Fuit mutua sinceri amoris retributio a longo inde tempore (nobis) hippodromus familiaris consuetudinis, in quo curriculis identidem iteratis obiimus (89).

---

(87) Versus Motanabbii, quos cum hoc versu auctor scholii contulit, postremi sunt brevis carminis (totum *tribus* tantum versibus constat), quod a poëtâ juvenili tempore confectum, primum locum in Diwane ejus tenet (conf. Hammeri translatio p. 3); est autem a Sacyo editum cum Wahidaei commentario, in *Chrest. Arab.*, 2ae edit. III. p. 33 seq. Arab., et ibidem translatum p. 24 et 25. Duo versus hîc citati sic Latine sonant:

(Sum) spiritus qui huc illuc agitatur in involucro, quod exilitate suâ dentiscalpio simile est, a quo ubi avolare fecerit ventus amictum, ipsum oculis non patebit.

Satis hoc est maciei in corpore meo, quod ego vir sum, quem, nisi sermo quo te alloquor (me proderet), non videres.

Corpus macie extenuatum cum dentiscalpio, re inprimis tenui (conf. *Chrest. Arab.* l. l. III. p. 68 vs. 4 seqq. Arab.), comparari, res insolita non est; vid. Sacyi animadv. ad postremum hunc locum, ibid. p. 209 seq. in annot. 40. — Quae vero in eodem scholio disputata sunt, uter poëta majore verborum vi in describendâ macie usus sit, huc redeunt: *Motanabbius non alias hîc vento partes facit, nisi quae solennes ei sunt, nimirum flando vestes abripiendi; ipse vero, ubi vestes a se avolaverint, propter maximam maciem suam oculis non patuerit: unde Ibn Zeidouni sententia vim majorem habet ad aliquem ut macrum describendum. Quâ de re tamen in utramque partem disputatum est: nam alii quidem sic ratiocinantur:* » *Quod* » *Motanabbius ait, fore ut conspectui non pateret* (vides ex formâ, quâ Scholiasta hîc usus est, eum in ipso versu pronuntiasse يُبِين, eodem sensu), *hoc ipsum necessario consequitur, si quem venti flando abstu-* » *lerint, ut qui volitanti flocco par levitate factus sit: unde rei majore vi expressae laus hîc Ibn Zei-* » *douno tribuenda est.*" *Alii autem dicunt, hanc Motanabbio dandam esse:* » *inde enim, inquiunt, quod* » *rem aliquam sublatam aufert ventus, non necessario sequitur, eam conspici non posse: quod cum maciei* » *ad summum perductae gradum indicio sit, in sententiâ Ibn Zeidouni quidem desideratur, non item in* » *Motanabbii; et vero huic (ideo certe), quod aetate superior alteri praeivit, excellentiae palma ad-* » *signanda.*" *Deus vero O. M. rem melius novit.* Lexicis ex hoc scholio addatur forma أَبْلَغِيَّة, *eloquentiae palma*, ducta ab أَبْلَغ, quîcum quodammodo conferatur forma أَوَّلِيَّة *primatus*, Ham. 710 vs. 5 a fin., ducta ab أَوَّل (pro أَوْأَل; vid. Sacyi Gr. Ar. I. 256 N. 678).

(88) Animadvertenda est haec significatio formae أَخْطَر, quam patet ductam esse a خَطُرَ *nobilis fuit*. Conf. versus supra editus, p. 38 vs. 11.

(89) Arabibus solenne est, res quaslibet in quibus hominum studia vertuntur et quotidiano usu ipsi occupati sunt, comparare cum hippodromo in quo obequitent: unde cum poëta simpliciter hîc dicere potuisset: *Fuit mutua s. a. r. a. l. i. t. n. hippodromus* (مَيْدَانًا), *in quo c. i. i. o.*, jam tamen τῷ ميدان genitivum أُنْس, *familiaritatis*, subjunxit, quo *speciem*, ut ita dicam, ad quam commune istud studium ipsorum per-

Nunc vero obtinet laudatissimum ejus quod unquam fuimus in gratiam pacti vobiscum initi: vos jam amore estis levati, ac nos amare pergimus (90).

Nec desinebant dies eum propius adducere (ad pristinam sedem), et longius (ab eâdem) auferre, et vexare eum et felicem eum reddere, et abigere eum (91) ad omnis generis homines longe remotos, et renovare spem ejus adspectu eorum qui inter hilares ludos jocarentur, donec degere eum fecerunt Valenciae, cum nova luna ingenii ejus jam in lunam pleniorem crevisset, et ramus gloriae ejus esset (ramus) maturus qui fructus jam ferret (92); erantque filii Abdalazizi (93) ornamenta regni

p. 26.

---

tinuisset, curiosius definiret. Nescio vero an aliam quodammodo vim non ita recte huic voci أُنْس (in quâ articuli absentia inprimis animadvertatur) et universae adeo figuratae dictioni auctor scholii tribuerit, cum dicat, voluisse poëtam: *id quod* ipsorum familiaritatem excitasset *fuisse mutuam amoris sinceri retributionem.* Caeterum ejusdem scholii initium sic vertendum est: *Quod satis intelligitur de hujus versûs structurâ (est hoc): est* ميدانَ أنس *praedicatum verbi* كان, *et* التجازى *ejusdem subjectum; vera autem verborum vis haec est:* fuit mutua nostra sinceri amoris retributio, *hoc est*, quod ego tibi retribui tuque mihi retribuisti, a longo inde tempore nobis hippodromus consortionis, caet. Jam autem consulto non scripsit جرينا به, sed جرينا بذلك الميدان, ut indicaret, in ipso versu pronomen ه in فيه, cum per formam suam (لَفظًا) et ad ميدان et ad أنس referri posset, per loci sententiam (مَعْنًى) non ad hanc sed ad illam vocem referendam esse.

(90) Scholii, ad hunc versum adscripti, initium, ut emendare illud conatus sum, sic vertendum videtur: *Quod his verbis enuntiat (est hoc)*: utique optimum ejus quod antea fuimus in gratiam amoris vestri obtinet hodie; *deinde* caet.; nam reliqua facilia sunt.

(91) Animadvertenda est constructio verbi قذف *jecit*, *ejecit* aliquem, cum ب pers., ut in Abulpharagii *Hist. Dynast.* p. 81 vs. 4 caet., et mox significatio *renovandi*, 4ae formae verbi طرف tributa.

(92) Utrâque hac figuratâ dictione significat auctor, Ibn Zeidounum, quo tempore Valenciae degeret, jam ad adultum mentis robur pervenisse, et magnam nominis celebritatem propter ingenii acumen et reliquas virtutes suas nactum fuisse. Quo autem prior dictio bene intelligatur, tenendum est lunam biduo primo (et postremo) mensis هِلَالًا dici, dein vero ad diem usque sextum et vicesimum nomen قَمَر gerere: forma igitur 4a أَقْمَرَ hîc idem significat quod صَارَ قَمَرًا.

(93) Quo tempore, labefactatâ Omayadarum potestate eorumque imperio ad perniciem ruente, provinciarum praefecti absolutam sibi auctoritatem vindicabant, et in suâ quisque ditione ipsi regnare instituebant, Valencia quoque et adjacens regio peculiari domino cessit Aboulhasani Abdalazizo ben Abdarrahman ben Abi Amer, qui, sumtâ Almansouri appellatione, ab anno H. 412—452 istius tractûs imperium sustinuit (conf. Conde l. l. II. 11, 23, 36 vs. 7 a f.): hujus igitur filios auctorem hîc spectasse apparet; at ex Condei quidem opere non alius mihi filius ejus innotuit praeter Abdalmalecum ben Abdalaziz, qui post patris mortem, Almodhafferi titulo ornatus, in hujus regnum successit anno H. 452; quo cum jam anno 456 a socero suo Almamouno ben Dzou'lnoun, Rege Toleti, pulsus esset, idem tamen recuperavit anno 470, et paullo post moriens filio Aboubecro reliquit (conf. libri laud. II. 27 vs. 3 a f., 42, 57 vs. 5 a f. seqq.; at pag. 36 vs. 5 a f. pro Abdalmaleco ei Abdarrahmanis nomen tributum est; in Abdolwahedii opere ne mentionem quidem de Valenciae Regibus factam reperi).

ejus (Valenciae), et uniones magni in lineâ margaritarum ejus, summâ excellentes munificentiâ (94), et micantes (ingenio suo) in omni doctorum concilio: apud hos igitur eodem loco fuit, quo vini fervor est in poculis, et eundem apud eos sensum excitavit, quem excitare solent laeti nuncii in hominum animis (95); constititque illic inter beneficentiam, quae continenter ei comes adhaerebat, et hilaritatem, quae amatoriis sermonibus eum demulcebat (96), et liberalitatem (97), quae mane (jam) ad eum accedebat, et benignitatem, quae rori vespertino ac matutino erat similis. Postquam vero inde discesserat, et in alio jam loco degebat, satis longo interjecto tempore hanc sibi vitam in memoriam revocavit, cum flos aevi ejus jam exaruisset, et germen recens aetatis ejus jam evasisset in arborem magnam (98); nec usquam nisi apud hanc invenit suave aroma, nec praeter hujus ramum ramum ullum virentem inflectendo ad se pertraxit (99); quare scripsit ad Ibn Abdalazizum (100):

---

(94) Verba Arabica proprie significant: (*homines*) *qui exundare faciebant maria roris;* notissima autem haec est munificentiae imago.

(95) Sensus simpliciter hic est: *sicut fervidum vinum pocula calefacit et laeti nuncii hominum pectora exhilarant, ita consortio ejus Abdalazizi filiis exoptatissima exstitit summique gaudii materies.* De vi dictionis وقع منهم مَوْقَعَ الحج, quîcum plane convenit prior حلّ منهم مَحَلّ (nec minus alia بلغ منهم مَبْلَغ), conf. Sacyi annotatio in *Journ. des Savans* 1826 pag. 36, et ejusdem Chrest. Arab. I. 7 vs. 3 a f. (textûs Arab., 2ae edit.); porro etiam scholion supra editum p. 29 in ann. a.

(96) Patet, hanc imaginem ab amatore sumtam esse, qui puellam sibi dilectam ubicunque locorum sequitur, blanditiis eam et suavibus verbis demulcens; et bene igitur scholii auctor, *est*, inquit, *figurata dictio qua significatur stabilitas ejus et continua quâ eum cingeret consortio.*

(97) Puto verbum كارم, cum accusat. pers. constructum, aeque significare *liberaliter cum aliquo egit*, atque, ut in lexicis traditur, *liberalitate cum aliquo contendit*, prorsus uti verbum sequens جامل, quod significat *benigne aliquem habuit.*

(98) Cum nomen دَوْحٌ *magnas arbores* significet, et 1a forma verbi داح in lexicis explicetur: *magna fuit arbor*, per analogiam linguae dubitari non potest de vi, quam passivo 2ae formae hoc loco tribui: et significationem istam, seriei orationis unice accommodatam, plane etiam confirmat alius hujus libri locus, in capite de الوزير الفقيه ابى مروان بن سراج (conf. supra p. 73 in annot. 30), ubi, MS. G. p. 306, haec leguntur: الّا انّ ابا مروان كان دَوَّحَ ذلك الفَرْعَ، ومَدَّرَ ذلك الضَّرْعَ، : *at Abou Merwan tamen ramum illum* (nempe *ramum doctrinarum*) *in magnam arborem evadere fecerat, et laevem reddiderat* (h. e. *ad lactendum facilem*) *mammam illam.*

(99) Utrâque hac figuratâ dictione auctor significat, tantopere sibi placuisse Ibn Zeidounum in istius vitae, quam Valenciae degisset, recordatione, ut prae hujus deliciis caetera omnia, quae unquam ipsi jucunda fuissent, contemneret.

(100) Utrum hic Abdalmalecus ille, de quo supra in annot. 93 dictum est, an alius quisquam Abdalazizi filius significetur, decernere omnino non possum; nec juvat etiam, quod poëta ipse in carminis versu 6°, eum

Flat ventus, quo sanitati restituitur aeger, cujus aura lenis odoribus perfusa est,
Gratus, qui spirat ab ortu, quique inhaeret in odoratu.
Odorne diffusus (101) moschi est, an suavis Valenciae aurae vestigium restat?
(Valenciae, inquam,) tractûs, cujus finitor amatus est viro, qui in eâ degit sicut candida dorcas (102)!
O Abou Abdallah! . . . haec vox est, quam (iterum iterumque) pronuntiat vir, cujus profligata constantia est.
Si victa est patientia mea inde quod a te separatus sum, sane vero hac poenâ affici dolore plenum est.
Vel si animus meus te sequi fecit dimidium sui, sane vero tu es (alterum) dimidium ejus (103).
Recordatio mea temporis, in tuâ consuetudine exacti, est insomniae similis, quae noctu invadit et affligit virum a scorpione punctum (104).
Quicquid vituperem, certe tempus meum, in tuâ clientelâ exactum, non vituperandum est,

---

ابا عبد الله appellat, cum ex Condei certe opere non liqueat, Abdalmaleco istud praenomen a filio sumtum (كُنْيَة) proprium fuisse.

(101) Haec esse videtur hoc loco significatio formae قَضيض, cui in lexicis alia notio tribuitur pro diversitate subintellecti nominis. — Quo autem jure Valenciae amoenitatem et fragrantem auram poëta praedicet, inprimis intelligitur collato Abdolwahedii libro, jam saepius laudato, in quo, MS. p. 384, haec leguntur: ثم مدينة بلنسية وهى مدينة فى غاية الخِصْب واعتدال الهوآء كان اهل الاندلس يدعونها فيما سلف من الزمان مُطَيَّب الاندلس والمطيّب عندهم حُزْمة يعملونها من انواع الرياحين ويجعلون فيها النرجس والآس وغير ذلك من انواع المشمومات سمّوا بلنسية بهذا الاسم لكثرة اشجارها وطِيب ريحها. Notabilis est significatio illa formae مُطَيَّب.

(102) Hilaritatem, credo, viri, qui Valenciae, amoenissimâ urbe, commoratur, imagine dorcadis exprimit; si vero, ut in Codd. scriptum est, praeferatur lectio كريم, vertendum est: *tractûs amati, cujus finitor viro, qui in eâ degit, liberalis est*, h. e. *largam abundamque voluptatem affert.*

(103) Si pro قسيمها ex Cod. G. recipias حَنينها, sensus verborum hic est nequaquam minus probandus: *vel si animus meus te sequi fecit στοργὴν suam, sane vero tu es dimidium ejus.*

(104) Satis etiam bene se habet lectio Cod. L. بالسقيم, *aegrotum*; at lectio بالسليم confirmatur auctoritate scholii, in quo apparet, ultima verba حَسْرَةً على انصرامه *prae dolore ob finitum illud tempus*, connectenda esse cum priore verbo يبجد. Caeterum dubitavi, utra vis hic tribuenda sit verbo سرى, ea quam

Tempus, cujus memoria eodem me desiderio afficit, quo puerum a lacte depulsum memoria mammae, cui assuetus erat (105).
Dies illi, quibus oculos meos infixos detinebam (106) in adspectu illo formoso,
Cum viderem liberalitatem recenti vigore nitentem, veste indutam misericordis (107), mansueti. p. 27.
Deus novit, amorem tui sedere in pectoris mei parte purissimâ,

---

vertendo expressi, an illa, quâ significat: *serpsit per membra* morbus (conf. supra p. 51 vs. 2), ut poëta insomniam cum morbo comparaverit, qui in omnes artus vim suam exerceat. Denique, ne quis putet, per ea quae supra in ann. 83 dixi, non licere, ut hoc loco post nomen السهاد verbum سرى reddatur *quae invadit:* nam articulus hîc vocem istam non *plane* definit (ut vertendum esset: *similis est insomniae illi*), sed vagam ei et generalem notionem relinquit, ut in universum significetur *ἡ insomnia:* quo in casu, cum, ut Arabes dicunt, articulus للجنس est additus, non requiritur, ut ab الذى ejusmodi qualem spectamus sententia inchoëtur; vid. Sacyi Gr. Ar. II. 210, N. 365, et conf. hic versus, qui offenditur Hamas. p. 10 vs. 1 a.f., et rem egregie illustrat:

(الهزج) مَشَيْنا مشْيَةَ اللَّيثِ غدا والليثُ غضْبانُ

Incessimus incessu leonis, qui mane irruit dum (famis stimulo) in iram adductus est.
Vides, non certum aliquem leonem, sed Leonem in universum exprimi.

(105) Liberius haec vertendo expressi; verba autem كمألوف الرضاع, ut recte in scholio dictum est, proprie significant: *sicut illud, cui assuetus est (puer), quod in morem ei abiit, ἐκ τοῦ lactere.*

(106) Non dubium videtur, quin verbum عقد, cui propria est significatio *nodandi* et *firme constringendi*, in figuratum hunc sensum accipi possit; et cum ex Arabum literis mihi quidem ad probandum exempla desint, aliorum tamen populorum lingua eundem usum exhibet, in his Anglorum, qui simillimâ figurâ dicunt *to rivet one's eyes on some thing.*

(107) Qui in scholio, ad hanc vocem adscripto, commemoratur poëta, Almotsakkeb Alobady, aliunde mihi notus non est: Meninskius in lex. refert quidem, fuisse poëtam hac appellatione, at nihil addit, ex quo de vero ejus nomine, vel de aetate quâ vixerit, magis constet. Versus illius, ibidem citatus, intellectu est facillimus, et agnoscit quisque, pronomen foem. verbo أرحل adjectum, referendum esse ad *camelum* (ناقة):
Cum surgo ut ei sarcinas imponam noctu, suspirat ut suspirare solet homo moestus.

[Docet Djauharius in voce ثقب, cognomen المثقّب tributam fuisse poëtae cuidam ex tribu Abd-ol Kais, hanc ob caussam, quod aliquando cecinisset:

(الوافر) أرين محاسنا وكنّن اخرى وثقّبن الوصاوص للعيون

Aliquas pulcritudinis suae partes ostendebant, alias velabant, et paropia perforabant ut oculis prospicerent.

Usus erat, ut puto, vocabulo nimis gravi in re leviore, et de tenuibus velis perforandis ita locutus erat, quasi de muris aut parietibus sermo esset. Hinc satyrica illa appellatio. Versus, qui forte ex eodem carmine repetitus est, ex quo versum ejusdem metri et rhythmi finalis laudavit Schol., iterum excitatus est a Djauhario in v. وصّ, priore hemistichio prorsus diverso, quod ibi sic legitur: ظهرن بكلّة وسدلن اخرى, *unum ve-*

Conf. versus editus supra, p. 58 vs. 8. et Ml. Lit. p. 124 vs 4. item Hamas. 31.

Ac profecto, si corpus me auferendo a te removit, ipsum a corde remotum consistit.

Ac tempore, quo Valenciae degebat, et desiderio Walladae affectus erat, dixit:

Peregrinus in tractu orientali (108) gratias agit euro, quod salutem a se dictam ad occidentem transfert (109).

Nec nocent flatus euri, cum transferunt salutem viri, qui hanc mittit (ipse) corpus ad cor (suum).

Atque in mediâ calamitate ejus, cum negligeret Aboulhazm (110) eum liberare angustiâ suâ (111), sic fatus est, conquestus cum eo in carmine; audierat vero, malos de se rumores apud illum sparsos esse (112):

---

lum in tergum rejecerunt, alterum demiserunt. Verum poëtae nomen videtur fuisse عايذ بن مُحصّن, ut discimus ex Camuso in v. ثقب, nisi forte plures hoc cognomine fuerint. Poëtam المثقب bis memoravit Meidanius, prov. 185, ubi versum اذاما قمت البيت excitat, sed in Cod. Leyd. corruptum, et prov. 535, ubi plures ejusdem versiculos affert. H.]

(108) Scholion, ad hunc locum adscriptum, sic vertendum est: *Nomine tractûs orientalis significatur oriens Hispaniae, ad quem pertinent Valencia et Murcia et Tortosa et Saragossa et Denia et Tudela; ibidemque est Calat Ayoub (Calatajud) et Wesca (Huesca); primaria autem inter urbes regias hujus tractûs est Saragossa, et in extremis finibus sita Tudela.* Uti autem harum urbium pleraeque sunt notissimae, ita omnes multifariam commemorantur in Condei libro: vide e. gr. I. 56 et 126, 127; ibidem vero p. 66 vs 6 a f., mentio fit τῆς Calat Ayoub, legiturque hoc nomen arci huic impositum fuisse a conditore ejus, Ayoubo ben Habib, praefecto Hispaniae anno H. 98 et 99 (Chr. 716, 717).

(109) Animadvertenda est haec constructio verbi شكر cum ل illius *cui* gratias agis, et accusat. rei *pro quâ* gratias agis. Conf. ex parte *Noct. Arab.* I. 66 vs. 4.

(110) Notum est ex Condei libro, appellationem أبي الحزم propriam fuisse priori ex Djahwaridarum familiâ Regi, qui Cordobae praefuit ab anno H. 422—435; conf. I. 599 vs. 15 a f. et 612 vs. 7, quibus in locis male scriptum est *Abul Huzam*, dum p. 610 vs. 10 a f. (et in Aschbachi II. 293 vs. 5 a f.) pronuntiatum legitur *Abul Hezam*, et p. 616 vs. 11 exaratum est *Abul Hazan.* Vide etiam Casiri l. l. II. p. 39 a, 48 a, 208 b, ubi satis bene dicitur *Abulhazemus* et *Abulhazamus*. Caeterum hîc quoque lector teneat, quod semel dixi supra p. 73 in init. annot. 31.

(111) Animadvertenda est haec significatio formae 4ae verbi قال, mediâ Ya; in lexicis enim ea explicatur: *remisit* illi *initum cum eo* mercatum, *eumque abrupit irritumque fecit*, c. c. gem. acc.; ex lexico autem Willmeti patet, eandem formam, eodem modo constructam, etiam significare *remisit* illi delictum; conf. *Hist. Dynast.* p. 339 vs. 5. Quare hoc loco constructio اقاله عن كربته (vel عن كبوله, ut est in G.) talis esse videtur, qualem *praegnantem* dictitant, et sic explicanda: *remissis peccatis liberavit eum moerore suo* (vel *vinculis suis*).

(112) Si bene legisse videor نعى, notabilis est hujus verbi constructio cum ب illius, *cujus* quis peccata divulgat, et الى illius, *cui* eadem prodit. Ut vero huic interpretationi inprimis versus 5us ipsius carminis

O Aboulhazm! ego, cum tecum conqueror, me verto ad montem adscensu facilem, ad quem se recipiunt celsissimae quaeque virtutes (113).
Columbae querelarum mearum mane ad te veniunt gementes, et inclamant te e ramis doctrinarum mearum pendulis (114).
(Sum ego) velox equus — cum sublatis pedibus prioribus velox equus ad metam exsultat, rapide fertur et contingit terminum victoriae (115) — p. 28.

---

favet, ita constructio illa propria est verbis *obtrectandi* et *calumniandi;* conf. verbum وشى in lexicis, et سعى Hamas. p. 264 vs. 11.

(113) عُلًى est plur. a sing. عُلْيَا, quae est forma foem. ducta a masc. أَعْلَى; significat igitur res *nobilissimas et maxime excelsas*, ac, sicut sing. عُلْيَا per se *ingenium praestantissimum*, *nobilissimam indolem* exprimit (conf. supra p. 38 vs. 10), ita plur. عُلًى et hic et in vs. hujus carminis ultimo *nobilissimas quasque virtutes et altissimos animi sensus.* Caeterum, sive lectionem Cod. L., quae a nobis recepta est, probaveris, sive ex Cod. G. verteris: *me verto ad latus molle* (nam nota est etiam figurata dictio رجل لَيِّن الجانب, *vir leni latere*, pro لَيِّن الخُلُق, *lenis indole et moribus;* conf. supra p. 38 vs. 5), satis apparet, poëtam hic praedicare animi magnitudinem, in Ibn Djahware conspicuam, quae tanta esset, ut ad illum celsissimae quaeque virtutes velut ad locum securum ex temporum naufragio confugere viderentur.

vel simpl. eminentiae. nobilia attributa hoic. Grang. Anth. 215: 10 ann. Conf. Hariri comm. p. 334 v. 11 [illegible] Conf. annot. 262.

(114) Forma هَوَادِلُ (quae libertate haud insolitâ poëtis hic effertur هوادلٌ) est plur. ab هادلٌ, هادلةٌ, *gemens* columba, uti in scholio offenditur صَوادِحُ; plur. a صادحٌ, صادحةٌ; et forma هُدَّلٌ est plur. ab هَدْلاءُ, formâ foem. τοῦ أَهْدَلُ. Simpliciter vero poëta hac allegoriâ usus significat, se mane isto hoc carmen ad Regem mittere, quo docte et eleganter eum appellans querelas suas ei effunderet; conf. supra p. 59 vs. 3 a f. De scholio non aliud animadvertendum est, nisi verba قوله هوادلا اى صوادح veluti uncis includenda esse, et sequens وأَنَّ الحمائم connectendum cum antecedente verbo جعل, in hunc modum: *Fingendo tribuit doctrinis suis ramos, et querelis suis columbas, ac porro (fingit) columbas illas gemere* caet.

(115) الخَصْلُ proprie significat *victoriam reportare in certamine jaculorum*, vel etiam *praemium ipsum in hoc certamine propositum;* unde, ut per translationem Arabes dicunt أخذ خَصْلَهُ, vel أصاب خَصْلَهُ pro *victor exstitit*, *votorum compos est factus*, ita hic simpliciter illud significari apparet, quod vertendo expressimus. Quod vero ad universi loci structuram attinet, non video, quo alio modo, quam nobis visum fuit, ea rectius et facilius expediri possit: certe scholii auctorem aut ab omni parte eandem, aut non longe diversam rationem in mente habuisse puto, cum dicat: جواد *est praedicatum subjecti omissi (l'énonciatif d'un inchoatif sous-entendu;* conf. Sacy Gr. Ar. II. 82 N. 146), *et vera vis sententiae est:* ego sum equus velox; *hac autem vi sententiae tributâ, verbum* تُوِى *pertinet ad* complementum attributorum (*vel* qualitatum) *ejus.* Caeterum patet, hac comparatione poëtam indicare, quantopere se vitae istius in vinculis tritae taederet, qui negotiis publicis olim adhibitus tam insignia praestitisset officia, et etiam nunc ardore flagraret otium cum laboribus permutandi.

Qui moratur, tribus stans pedibus et quarto in extremitatem ungulae innixo, in hominum stabulo, querens saepius repetito hinnitu suo (116) de molestiâ compedis quam perpetitur.

Sane vero me prohibet prudentia mea ab eo quod indicat delator, ac detinet me ratio mea:

An ita in te agerem, ut funem laudis, postquam firme plexus est, dissolverem, neque aliud imitarer exemplum, nisi mulieris, quae suam ipsa telam dissolvit (117)?

Ille calceus lapsare me fecit (118): tune vero (cum tantus sis) mendaciis circumventus es (119)? sane (merito) dicuntur inimici esse lapsio vehementis impulsûs (120).

---

(116) تَصْهَال est nomen actionis 2ae formae verbi صهل, quae in lexicis non offenditur; solet vero haec forma in ejusmodi verbis eandem significationem habere ac prima, sed magis auctam et intentam.

(117) Verba Corani (Sur. 16 vs. 94), quae poëta hic imitando expressit, quaeque in scholio citantur: ولا تكونوا كالتى نقضت غزلها من بعد قوة أنكاثا, vertenda sunt: *ne similes este mulieri, quae iterum iterumque dissolvit telam suam post robur*, h. e. *postquam firme plexa erat*; قوة autem per se non significat *plexum funem*, ut ex Willmeti lex. efficeres, et multo minus etiam أنكاث verti potest *dissolutus et retortus* funis; est enim plur. a sing. نكث, quod est nomen act. verbi نكث *dissolvit* telam; unde accusativus ille vim adverbii habet et reddendus est *iterum iterumque dissolvendo*. Mohammedes autem hanc comparationem iis adhibuit, qui jurajuranda sua pactaque cum finitimis tribubus foedera levissimâ de causâ identidem violabant.

(118) Proverbii speciem haec dictio prae se fert, desumta, credo, ab aliquo, quem non sua culpa sed calcei vitiosa ratio labare et ruere faciat; poëta igitur cum ejusmodi calceo adversariorum criminationes, de quibus in versu abhinc secundo dixerat, comparans, significat: *istorum malitia, non mea me culpa infelicem reddidit et ex tuâ gratiâ excidere fecit.*

(119) Non dubito, quin loci ratio hanc vim assignet participio pass. 4ae formae مُكْذَب, et lexicis igitur addenda sit significatio *mendaciis fallendi* aliquem, c. acc. pers., huic formae propria; conf. Kosegartenii Chrest. Arab., in cujus Indice 1a forma كذب, etiam c. acc. pers., significare legitur: *mentitus fuit alicui.*

(120) Hoc est: *tales qui vehementi impulsu homines ad lapsandum adigunt*, vel, ut proprie rem exprimam, *qui si quem infelicem reddere et in miseriam deturbare student, tantâ vi malitiae eum aggrediuntur, ut plane resisti iis nequeat.* [Est vero hic opportunus locus errorem corrigendi insignem, quo vocis حَسْل explicatio in Castelli lexico obscurata est. Camusi auctor حَسْل interpretatur السَّوق الشديد, quod recte Giggejus transtulerat: *cum valide jumenta aguntur.* Hoc non tam ex nostris exemplaribus, quorum unum (MS. 37) perperam الشوق habet, quam ex editione praestantissima CPolitana intelligitur,

Nonne mea (de te) existimatio inter utramque tuam agendi rationem (121) immota constitit, sicut constat amor inter separationem et conjunctionem?
Etiamsi non lucratus sum fructum consortionis post solitudinem absentiae et terrorem nocturni itineris, partim in dorso jumenti, partim in mansione exacti (122).
Age vero, fiat jam a te responsum, quo celsissimi animorum sensus acquiescant, quando me de te interrogaverint linguae Concilii (123).

Atque illius est hoc carmen, quo cum litigaret (cum adversariis) (124), et desideraretur in familiaribus ejus pacti observatio, appellavit Abou Hafsum ben Bord (125); isto autem tempore (velut) incertus huc illuc vagabatur, nec viae ducem offendebat, et similis evaserat obsidi, qui nullum fore sperat qui se redimat; noratque homines esse inconstantes, et adversus eum, a quo fortuna recessit, superbe se efferre, ita ut in rebus adversis non accedere eos faciat fraterna conjunctio, nec ab eo, qui in lautâ conditione versetur, eos avertat superbia (illius) et fastus:

---

quae nobis aliqua ex parte explet Calcuttensis desiderium. Illa igitur ista sic παραφράζει: الحسل نسل وزننده طوارى شدتله سورمك معناسنه در يقال حسل الدابّة حسلا من الباب الاول اذا ساقها شديدا. Castellus, qui alias Golii et Giggeji vestigia presso pede sequitur, hic ipse Camusum inspexit, et non animadvertens, السوق الشديد jam esse translatum a Giggejo, hoc iterum reddidit *platea magna;* quod exemplum, si vel nulla alia accederent, satis superque ostenderet, Castellum linguae Arabicae admodum imperitum fuisse. H.]

(121) Nimirum: *cum favore tuo me prosequebaris, et cum fugientem me vexabas jamque carcere detines.*

(122) Sic per vim notam praepositionis بين (conf. supra p. 32 vs. 11) ultima verba vertenda videntur; totius autem versûs, qui cum antecedente arcte cohaeret, haec est sententia: *etiamsi mihi non contigit quod fideli amanti constantiae praemium esse solet, ut superato tandem itineris periculo, laetus ad amicam redeat, et ab hac summo cum gaudio excipiatur.*

(123) الحَفْل nomine hic, ut supra p. 39 vs. 4, significari videtur concilium, vel consessus optimatum et eruditorum, quorum consuetudine Rex uti soleret; ut sententia loci haec sit: *Age, jam tale mihi responsum mitte, quo, si me (libertati restitutum) de tuâ agendi ratione interrogaverint viri in civitate principes, celsissimi quique et generosissimi lubenter acquiescere possint.*

(124) Huic interpretationi inprimis favet ipsius carminis vs. 19 et 20; videtur enim poëta, quo tempore carcere detinebatur, omnis generis calumniis ab adversariis exagitatus et apud Regem accusatus fuisse, quibus cum ipse, quantum in miserâ istâ conditione liceret, literis emittendis resisteret, inprimis aegre tulit, quod amici sui non acrius et intentius causam suam tuerentur, at plane eam missam facerent.

(125) Nomen hujus viri, plane ut hoc loco scriptum est (addito tamen proprio nomine *Ahmedis*), etiam offenditur in Condei opere, T. I. p. 538 vs. 10 a f., ubi appellatur *unus eruditissimorum Vezirorum Cordobae*, et anno H. 390 Mohammedi Almansouro, Regis Heschami II Hadjebo, librum tradidisse legitur a se et ab alio viro docto conscriptum *de illustribus medicis Hispaniae.*

Non est ex meâ sententiâ malum: solet vulnerare fortuna et mederi (126):

p. 29. Saepe hominem prope admovet ad spem desperatio,

Nec raro fit ut incolumem te reddat rerum tuarum neglectus, et noxam tibi inferat cura temet servandi,

Et quoties lucrum affert domi sedere, et quoties nihil proficit rogatio!

Atque hic est statutus rerum ordo: si vanâ spe ducuntur homines, humiles fiunt homines.

Filiique dierum diversi sunt, principes et ignobiles (127).

Induti sumus veste mundi, at vestis illa (tantum) res est in usumfructum concessa (128).

O Abou Hafs! — neque enim aequat te perspicaciâ Ijasus (129) —

---

(126) Proverbium, quod in scholio ad h. l. commemoratur, a poëtâ vero alio quodam flexu expressum est, exstat apud Meidanium N. 5698.

(127) Patet formam خساس esse pluralem, ductam a sing. خسيس; *filii dierum* autem homines dicuntur, quod in tempore versantur ejusque vicissitudinibus obnoxii sunt.

(128) مُتْعَة proprie est nomen actionis, quod significat *fructum capere* ex aliquâ re; haec autem abstracta notio abiisse etiam videtur in concretam notionem *rei, cujus usufructus tantum, non item possessio, alicui obtigit.* Conf. versus, quem attulit Ewaldus, *de Metris Carm. Arab.*, p. 44:

(الرمل) انما نعمة دنيا متعة وحياة المرء ثوب مستعار

Gratia mundi est tantum res in usumfructum concessa, et vita hominis est vestis commodato accepta.

(129) Quae de Ijaso in scholio ad h. l. sunt tradita, fere ad verbum conveniunt cum iis, quae de eodem retulit Ibn Nabata in commentario ad Ibn Zeidouni epistolam, MS. A. p. 55 et 57; quare cum et per se jam satis sint facilia, et infra eadem translaturi simus, eo ablegare lectorem liceat. Versus vero Abou Temmami, cujus in Ibn Nab. comment. posterius tantum hemistichium offenditur, sic vertendus est:

(*Conspicitur in illo*) *fortitudo Amri, juncta cum liberalitate Hatemi, cum mansuetudine Ahnafi, cum acumine Ijasi.*

De Hatemo et de Ahnafo integris etiam capitibus egit Ibn Nabata, MS. A. p. 40 seqq. et 36 seqq.; conf. Rasmusseni *Additamenta* p. 16—23 Arab., 15—22 Lat. [Versus Abou Temmami est 22us Kasidae compositae in honorem Ahmedis ben al Motasem (ut docet Cod. 403, non ipsius Khalifae al Motasemi, ut est in Cod. 899), ejusdem principis, qui postea Khalifatum adeptus est cum titulo al Mostaïn Billah. Hunc enim filium fuisse Motasemi, non nepotem, ut Herb. ait in voce *Mostaïn*, Abulfeda demonstrat T. II. p. 208, quo duce in *Bibl. Orient.* legendum est *Mohammed al Motassem* pro *Mohammed ben al Motassem.* Est autem locus poëtae elegans et memorabilis, cujus venustas percipi nequit, nisi vs. praecedens et duo seqq. ipsi adjungantur. Est igitur τετράστιχον ejusmodi:

ابليت هذا المجد ابعد غاية فيه واكرم شيمة ونحاس

اقدام عمرو في سماحة حاتم في حلم احنف في ذكاء اياس

A splendore consilii tui ego in tenebris rerum lucem peto, p, 30.
Atque amicitia mea tibi est effatum Coranicum, cui non opposuit se ratio (130).

لا تنكروا ضربى له من دونه مثلا شرودا فى الندى والباس
فالله قد ضرب الاقلّ لنوره مثلا من المشكاة والنبراس

Ex aequo ipsi hanc laudem tribuo: extremum culmen et summa liberalitas naturae et indolis ipsi inest,
Fortitudo Amri, juncta cum liberalitate Hatemi, cum mansuetudine Ahnafi, cum acumine Ijasi.
Ne improbetis quod similitudinem vulgarem munificentiae et virtutis de eo adhibuerim, ejus dignitate inferiorem:
Nam Deus quoque levius lucis suae simile usurpat a fenestella et lucerna desumtum.

Ubi scholiastes primum bene observat Amrum esse Amrum ben Maadi Kerb, celebrem heroëm, dein addit, duos postremos versus, qui alludunt ad Coranum 24 vs. 35, ex tempore fuisse additos a poëta, cum Yakoub ben Ishak al Kendi, minister principis, inter recitandum observasset, Emirum illis praestare quibuscum in carmine comparatus erat (الامير اكبر ممن شبّهته به). H.]

(130) Ut bene intelligatur hic versus et scholion adscriptum, conferendus est locus in Abulph. *Hist. Dyn.* p. 170 seq. Arab., qui etiam exstat in Pocock. *Spec. Hist. Ar.* p. 27 seq., ed. 2ae p. 25 seq.: ex hoc enim apparet, Jureconsultis Arabum, si nova aliqua quaestio de re licitâ an illicitâ, mandatâve an vetitâ, orta esset, quadruplicem patere fontem, quem veri cognoscendi causâ adirent; ac primo quidem loco eos Coranum consulere, in quo si reperirent effatum (نَصًّا; nos *textum* dicimus), quod litem evidenter dirimeret, eos in hoc acquiescere; sin minus, alterum fontem, *Traditionem* (السُّنَّة) adiri; quae si etiam de re non decideret, tertium, *Consensum sociorum Mohammedis* (اجْماع الصَّحابة), ac denique, si haec omnia frustra in auxilium vocata essent, *Rationem* (القياس). Cum igitur in tali disquisitione summa auctoritas Corano tribueretur, et, si hic satis aperte sonaret, nullus esset rationi obloquendi locus, poëta hoc versu significat, maximo jure se ab Abou Hafso in istâ calamitate consilia et opem petere, quippe quem sua amicitia perinde ad hoc officium praestandum obstringeret, quasi idem ei impositum esset effato quodam legis divinae, cui ob evidentiam se ratio non opposuisset. Scholion autem sic vertendum est: *Verbis:* atque amicitia mea *caet.*, *continetur principium ad dogmata fundamentalia pertinens, quod sic se habet: Non potest ratio in re quae manifesto se offert ex Libro divino, vel ex Traditione continuâ serie propagatâ, dissentanei judicii esse; sensus autem (hujus principii) hic est: effatum Corani, dissentiente rationis judicio, irritam reddere causae dictionem rationis, eamque vincere, si vel argumenta rationis essent apodictica. Quod poëta vero dicit:* cui non opposuit se ratio, *vult: non incepta est contradictio ejus, quoniam nullus ad eam respectus est.* De notione, formae قَطْعِى tributâ, dubitandi locus non est, nec etiam de vi vocis مَنْزَع, quae cum per formam suam significet et in lexicis reddatur *fundus*, facile transferri potuit ad figuratam notionem *fundamenti* vel *principii* (*maxime*; conf. supra p. 49 vs. 11 et infra ad h. l.), ut prorsus conveniat cum voce أَصْل, cui non tantum haec figurata, sed etiam propria illa notio subest: ab hujus autem formâ plur. أُصول

Ego incertus animi stupeo; (nec mirum hoc): est enim utrumque rebus proprium,
apertis esse et molestiâ implicitis:
Jam firme constat leo audax (131), ac deinde dilaceratur.
Ne foedus tuum rosa sit: sane meum foedus, quod tecum pepigi, myrtus est (132);

---

fundamenta vel *dogmata principalia*, sive *Theologiae* (الكلام), sive *Jurisprudentiae* (الفقه), ducta est forma أصولى *ad fundamenta illa pertinens;* unde dicitur فقيه أصولى (conf. Ibn Khall. Ind. N. 443), *Jureconsultus, qui in jurisprudentiae doctrinis principalibus* (quibus oppositae sunt *secundariae*, الفروع) *exponendis elaborat.*

(131) Postea demum quam typis hic locus expressus erat, agnovi pro سبتى, quod codex, sat negligenter et obscure exaratus, offerre visus fuerat (memineris autem, hunc versum in solo Safadii codice offendi), legendum esse السبنتى; quare hoc et jam latine reddidi, et lector in textu substituat pro السبتى, uti vocem istam, universum locum plane aliter explicans, tum pronuntiandam arbitrabar.

(132) Si seriem carminis bene constituisse videor, miro hîc verborum lusui poëta indulget: nam eâdem voce (ورد), quâ in superiore versu *leo* (pp. *fulvus leo*) appellatus est, hîc *rosa* significatur. Vult autem hoc loco: *ne amicitia tua fragilitate et inconstantiâ rosae par sit: mea enim amicitiâ firmitate et constantiâ par est myrto.* In Sojouthii libro supra, p. 87 in ann. 82, laudato, caput etiam est *de myrto* (ما وُرد فى الآس), ex quo iterum pauca, quae ad explicationem nostram probandam faciant, describam: وقال ابن وحْشيّة الآس سيّد الرياحين ويعظم حتى انه يُشَجّر — قال الأُخَيْطل الاهوازىّ

(الكامل) للآس فضلٌ بقائه ووفائه ودوام منظره على الاوقات
قامت على اغصانه ورَقاته كنصولِ نَبْلٍ جئنَ مُوتَلفات

Versuum haec est sententia:

Praestantia myrti in eo cernitur, quod permanet et durat, nec desinit eadem esse facies ejus per omnia tempora.

Constant super ramis ejus folia ejus, uti cuspides sagittarum, quae (in fasciculum) colligatae venerunt.

De Ibn Wahschiya mentionem fecit Herbelot. in v. *Vahaschiah;* poëta vero, qui hîc dicitur Alokhaithil Alahwazy mihi ignotus est; nec certe proprium nomen ejus hîc occurrit: ut enim Alahwazy regionem indicat, ex quâ oriundus fuerit, ita Alokhaitil (forma deminut. ab الأخطل, quae alîus poëtae est appellatio) procul dubio cognomen est a laxis pendulisque auribus ei tributum. [Annotavit nonnulla de Ibn Wahschiyya Sacyus in *Rélat. de l'Égypte*, p. 484. n. 55, ubi recte verum illius nomen fuisse arbitratur Abou Becr Ahmed ben Ali, eumque librum suum Arabice convertisse tradit A. H. 291, at qualem significet librum non addit. Ibn Abi Osaibia, ad cujus vitam Abdollatifi haec nota pertinet, vel potius ipse Abdollatifus, cujus verba ibi citantur, procul dubio designare volebat illius auctoris de Alchimia libros (e quorum numero esse videtur كنز الحكمة MS. L. B. 796), cum illos conjungat cum libris Djaberi eorumque studium summopere improbet. At nota Sacyi pertinet ad opus de agricultura eximium et amplissimum, quod ex lingua Nabathaea in Arabi-

Ac circumire fac (inter sodales) memoriam meam poculo, quamdiu manu tuâ poculum tractabitur (133).

---

cam transtulerat Ibn Wahschiyya, ipse origine Chaldaeus, A. 291, et discipulo suo Abou Thalebo Ahmedi ben al Hasan ben Ali — az Zayyat (الزيّات) A. 318 dictaverat. Invenerat illud opus cum aliis multis libris veterum Chaldaeorum apud reliquias gentis, quae veteribus sacris, moribus et linguae adhuc addicta erat, sed libros suos studiose occultabat, unde difficulter admodum possessori oblata pecunia persuasit, ut illos sibi vertendos concederet, ne gloria majorum, quam doctrina et arte meruerant, penitus evanesceret. Discimus haec et alia multa scitu dignissima ex praefatione libri, cujus exempla duo, quorum neutrum integrum est, exstant in Cod. 303 (1915), perperam in Catalogo descripto. Quippe ex quatuor Tomis ibi memoratis duo sunt ejusdem fere scripturae, qui majorem partem operis continent; sed lacuna esse videtur circa finem Tomi primi, nec paginae circiter 1200 formae quartae majoris satis respondere videntur foliis 1500, quae, teste interprete, MS. Chaldaicus continebat. Reliqui duo diversae manus Tomi sunt partes ejusdem libri, sed longe minores, etsi paullo majoris formae. Uni, qui teste ornata pictura, olim pertinuit ad bibliothecam Kansou Gaurii, penultimi Mamluchorum Sultani, praefixum est الجزء الثاني, alteri الجزء الثالث, nulla de caussa, nam in ipso libro, ut ex comparatione alterius exemplaris constat, nulla ejusmodi distinctio est. Jam licet in hoc exemplo T. I p. 92 locus a Soyouthio laud. exstat, non hunc tamen Ibn Wahschiyyae librum ante oculos habuit, sed alium longe recentiorem, qui in Bibl. publ. Catalogo notatus quidem non est, sed Cod. 219 (1914) continetur, adjunctus parti tertiae alius operis de animalibus, non Ibn Wahschiyyae, ut ibi factum, tribuendi, sed Mohammedi al Warrako cuidam, qui nonnullas demonstrationes addidit ex libro Ibn Wahschiyyae اسرار الشمس والقمر فى النيرنجيات, vel كتاب الشمس, i. e. *secreta solis et lunae in incantationibus*, ut apud Hadji Khalifam appellatur. Huic igitur libro subjunctus est كتاب فى علم الفلاحة, auctore Mohammede ben Ibrahim ben Yahya al Kibti (الكبتى), qui certe Tograjo poëta seculi VI, quem saepenumero citat, recentior est. Hunc igitur secutum esse Soyouthium ex eo constat, quod et verba Ibn Wahschiyyae et distichon laudat al Okhaithili de myrto. E reliquis duobus Bibl. publ. libris, qui Ibn Wahschiyyae tribuuntur, alter, MS. 524 (1916), est tantum epitome libri de agricultura, alter admodum est memorabilis, agitque de venenis. Illius initium (nam titulus deest) descriptum est in Catal. n. 771 (726). In praefatione dicit se haec transtulisse ex duobus auctoribus Yarbouka (ياربوقا) et Souhab (سوهاب), tum addit primariam caussam, cur tot libros Chaldaicos Arabice transtulerit, hanc fuisse, quod aequales sui, licet magnam partem a Nabathaeis descenderent, illos ut viles et stupidos et ignorantes contumeliis et proverbiis insequerentur, cum illis operibus, quae majores composuerant, conficiendis impares essent. Digna foret haec disputatio quam hic totam describerem, nisi hujus annotationis angustiae illud vetarent. Ergo hoc in aliud tempus differendum: in praesenti opportunitatem negligere nolui, cum errores Catalogi corrigendi, tum Virorum doctorum animos studiumque convertendi ad memorabiles illas Chaldaicarum literarum reliquias. H.]

(133) Proprie: *quamdiu poculum equitabit in manu tuâ;* figuratae autem huic dictioni notio subest alacritatis, quâ in conviviis ab uno ad alterum transferri pocula solerent. Caeterum inter Arabes quoque morem fuisse in absentis amici memoriam bibendi, evidenter apparet ex hoc versu Omaris ben Alfaredh, qui in Moelleri Cat. Bibl. Goth. I p. 231 sic editus:

شربنا على ذكر الحبيب مدامة سكرنا بها من قبل يخلق الكرم

in hunc modum restituendus videtur:

(الطويل) شربنا على ذكر الحبيب مُدامةً شكرنا بها مَن قَبْلَنا خلّق الكَرْم .

Bibimus in amici memoriam vinum, quo gratias agimus ei, qui ante nos excolendo formavit vitem.

Jam prope forsan abest, ut facilem se (mihi) praebeat fortuna, cum diu sit ex quo contumacem se gessit.

p. 31. Tu vero ut praedam arripe serenitatem noctium: vita non aliud est quam rapinam agere (134).

Quid censes de agmine (sociorum), qui perfide violant pactum (135), datamque fidem fallunt,

Et me habent ut Samaritanum, a cujus contactu cavetur (136)!

Lupi laetantur (spe potiendi) carne meâ, et (instat mihi) deglutiri et dentibus comprimi:

Omnes isti (curiose) inquirunt de statu meo, et obit lupus praedam captans (137).

Verum, si dura (mihi) fortuna est, aquae etiam de saxis effluendum est (138),

Ac si sors eo me redegit, ut jam carcere detinear, pluvia quoque (res utilissima, cisternis velut) carcere inclusa detinetur (139).

---

(134) Vult: *Tu vero avide utere fortunâ, dum tibi secunda est: qui vitâ frui velit, hanc ut rapinam habeat quae festinanter occupanda est.* Conf. supra p. 24 vs. 5.

(135) Notabilis est haec constructio verbi خان cum عن rei, *quam* violas, cum lexica tantum de casu accusat. dicant.

(136) Apparet, poëtae animo obversatum fuisse locum Corani, Sur. 20: 97, ubi Moses viro isti, qui se absente vitulum aureum fabricatus fuisset, hanc nuntiasse legitur temeritatis poenam: فاذهب فانّ لك فى الحيوة أن تقول لا مساس: *abi tu: est vero in hac vitâ tibi constitutum, ut obvio cuique dicas: ne inter nos contactus sit* (nempe, *ut ne lepra mea ad te transeat*). Virum autem istum, uti plane commenticius est, ita satis ridicule vocarunt السّامرىّ *Samaritanum.*

(137) Vides, poëtam hisce versibus figurate expressisse interneeina adversariorum suorum odia, qui ut malis, quibus ille jam opprimeretur, summe gauderent, ita quoquo modo perfectum illi consummatumque exitium pararent. Proverbium vero, quod in scholio ad h. l. commemoratur: *Canis, qui noctu obit, melior est quam canis, qui complicatis pedibus cubat*, exstat in Meidanii opere N. 3601.

(138) Vult: *aquae etiam, licet tantâ sit praestantiâ, sua ista perquam gravis perpetienda molestia est.* Locus autem Corani, qui in scholio ad h. l. citatur: *Sunt enim inter saxa talia, e quibus flumina prorumpunt*, offenditur in Sur. 2: 69, et videtur quidem haec Sura, prae reliquis omnibus facundiae laude insignis, ab ipso scholii auctore significata esse, cum dicit verba ea a Deo prolata esse فى عزيز كتابه, *in parte eximiâ* vel *excellentissimâ libri sui.*

(139) Dubium cui possit videri, utrum poëta significaverit: *pluvia etiam nubibus*, an *cisternis inclusa detinetur;* et quamvis illam quoque explicandi rationem admitti posse non negem, haec tamen ideo magis placuit, quod angustae cisternae notio simul contemtum et asperitatem conditionis exprimit; utram vero scholii auctor secutus sit, dicens *poetam velle, se solatium sibi adhibere a pluviâ cum ab hominibus seclusa tenetur*, decerni vix potest, cum, si nobiscum ei convenerit, Arabum inprimis campestrium morem spectasse potuerit, qui cisternas a se effossas et aquâ pluviâ repletas, tam curiose claudere ac superinjectâ arenâ ab-

Et contemplare, quomodo oculum gloriae de improviso obruat somnolentia (140),
Et comminutus eadat moschus in terram, deinde eonteratur pedibus et proeulcetur.
Ac cum plane desperata esset (141) liberatio ejus, et in terram dejecta essent splendida altaque astra (fortunae) ejus (142), cumque identidem eum occuparent opiniones (anxiae) et (tristes) eogitationes (143), perfideque eum haberet maseulus gladius Aboulhazmi (144), sic fatus est, deseribens quod interesset inter gaudia sua et angores suos discrimen, et enarrans quantum distaret ortus spei suae ab ejusdem

---

aliorum conspectu abscondere solerent, ut nemo facile praeter ipsos eas agnoscere posset. Caeterum in eodem scholio animadvertenda est dictio: *quod in carcerem inclusus erat, hoc* ne praesegmen quidem unguis *auferebat de nobilitate pretii ipsius et de altitudine ordinis ipsias*, (*nempe quibus gaudebat*) *ob excelsum locum suum in humanitate et disciplinis;* vides significari: *ne minimum quidem.*

(140) Vult simpliciter: *quomodo nonnunquam gloria extemplo obscuretur et splendorem suum amittat.*

(141) Putavi, hîc in vertendo verbo تعذّر eam significationem spectandam esse, quae in lexicis exprimitur: *difficilis facta est* res, at saepe intentius sic reddenda est: *fieri omnino nequit*, vel *plane ἀδύνατος facta est* res; conf. Sacyi Gr. Ar. I. 302 vs. 15, II. 450 vs. 10. Si cui autem huic loco adhibenda videatur significatio, eidem formae propria: *obliterata*, *deleta sunt vestigia* domûs, sensus non multum diversus hîc est: *Ac cum plane in oblivionem iisset liberatio ejus.*

(142) Hoc est: *et plane perdita videretur fortuna ejus;* sunt autem الفرقد et السماك astrorum nomina, quibus dubium non videtur quin illud significaverit auctor, quod nostrâ translatione expressum est: nam prius nomen duabus stellis (الفرقدان) commune est, quae ad sidus *Ursae minoris* (الدبّ الأصغر) pertinent (conf. Ulugh Beighi *Tabulae Stellarum*, p. 7), et inprimis splendore eminent; unde non tantum saepius res splendidae cum iis comparantur (vide Haririi locum in Sacyi Chrest. Arab. III. 67 vs. 7 Arab. 2ae edit.), sed ipsum nomen earum universe *stellam lucidam* exprimit; posterius quoque duabus stellis est proprium, quarum una ad *Arctophylacis* vel *Boötae* (العوّاء), altera ad *Virginis* (العذراء vel السنبلة), sidus refertur, et illa quidem, ut a se invicem distinguerentur, السماك الرامح, *Simak hastatus*, dicta est a stellâ praecedente quae *hasta* ejus vocatur, contra السماك الأعزل, *Simak inermis* (conf. Ulugh Beigh. l. l. p. 23 et 81). Jam facile apparet, hîc priorem illam, et nomine ejus συνεκδοχικῶς ipsum Boöten, celsissimo loco astrum, ab auctore significari, itaque *altitudinis* notionem exprimi; conf. supra etiam p. 58 vs. 1 a f. et *Vita Timuri* II p. 334 in f.

(143) Membrorum resonantia hoc loco jubet, literam mediam vocis فكر vocali *Fatha* instrui; quare pronuntiandum videtur الفكر, ut sit plur. formae فكرة, cui in lexicis pro plurali tribuitur أفكار; conf. ipsum hoc, quod jam sequitur, carmen, infra ex Safadio descriptum, MS. p. 10 vs. 14.

(144) *Masculus*, h. e. *acer et durus*, *gladius* saepissime apud poëtas Arabes imago est animi intrepidi, violenti, et ad difficillima quaevis uno impetu conficienda paratissimi (conf. locus *Vitae Timuri* modo laud.); tali igitur animo cum instructus esset Ibn Djahwar, eo magis erat perfidiae tribuendum, quod Ibn Zeidounum, sibi olim gratissimum, e vinculis non dudum liberasset, et jam plane eum oblitus esse videretur.

p. 52. occasu, ac deplorans juvenilem suam, in quâ versaretur, aetatem (145), et excusans Aboulhazmum, quem nemo praeter illum est qui excuset; et solatium sibi adhibens inde, quod fortuna soleat invadere viros ingenuos (146), et cum plenilunio necessario conjuncta sit nox postrema; atque alloquens Walladam de suâ in pacto observando constantiâ, et afferens ei argumenta evidentia vigiliae suae et insomniae suae (147):

Non obit unquam, postquam a te separatus sum, oculus meus in luce lunae, *caet.*
Atque illius sunt hi versus amatorii, quibus conqueritur cum aliquo, quem sibi conciliare et obsequentem reddere studebat (148), sic eum appellans:

O tu, qui contemnis amicos tuos, et fraudulentos esse putas qui sincere te diligunt,
Quique circa nos obsecutus es calumniatoribus, adeo ut circa te obsecuti simus amoris incuriae:

---

(145) Forma 2a عذّر inter alia etiam significat: *lanugine per genas conspicuus fuit* adolescens; quare dubium non videtur, quin auctor illud quod expressi voluerit, per ipsius carminis vs. 6 et 7. Conf. infra Safad. l. l.

(146) Uti hîc 4a formâ أنحى, cum على constr., proprie significat *tetendit in* illum, ita in seq. pag. vs. 6 offenditur 1a forma نحا (in G. autem etiam ibi 4a est), constr. cum ب rei, *quâ* aliquem petis, et نحو pers. — [Ambae constructiones conjunguntur in loco Ibn Nab., Rasmuss. *Additam.* p. 51 vs. 7, ثمّ أنحت بالموسى على أنفه. H.]

(147) Vult, credo, auctor, ipsius carminis vs. 6 et 7 spectans: *et vigiliam suam perpetuamque insomniam, ex ingenti desiderio natas, hoc evidenti argumento ei probans, quod in ipsâ juvenili aetate jam canesceret.* De vi autem dictionis أقام البراهين على شىء manifesto constat, collato Hamas. p. 7 vs. 8, in quo verba سأله برهانا على ما قال significant: *rogavit eum probationem rei quam dixerat;* vid. ibidem Tebrizii comm. vs. 13, qui برهنت له على كذا, *probavi ei hoc vel illud*, explicat verbis: أقمت الدّليل عليه *attuli probationem ejus rei.*

(148) Quo de hac significatione 10ae formae verbi نزل magis constet, conf. supra p. 39 vs. 6, et locus in Abdolwahedii libro, MS. p. 380, in quo auctor de Hispaniâ antiquissimâ agens, haec dicit: وكان دين أهلها فى الدهر القديم دين الصابئة من عبادة الكواكب واستنزال قواها والتقرّب اليها بأنواع القرابين. *Erat religio incolarum ejus antiquissimo tempore religio Sabaeorum, nempe (occupata) cultu astrorum, et studio potestates eorum sibi obsequentes reddendi, et conciliandi causâ iis offerendo cujusvis generis sacrificia.* Uti ergo in historicorum libris استنزله persaepe significat: *descendere eum jussit de editâ munitâque arce suâ*, ita hîc figurate exprimit: *blanditiis eum de fastu demovere et animum ejus male affectum ad obsequium adducere studuit.*

Laus Deo sit, cum indicaverit mihi fore ut mendax esse declaretur ea quam tu sumebas species (149),

Antequam fugata erit illa (mea) incuria, et quod proxime hanc sequitur prorsus devicerit desiderium (tui) (150).

Ac postquam mordebant eum dentes canini inclusionis, et conterebant eum casus isti graves, ac[c]esserat ei vitae asperitas in locum lenitatis, et perpetiebatur duritiam rei, quae non prope erat ut mollesceret, revocavit sibi in memoriam tempus vitae suae mollis, et cum hilaris degebat jam Alrosafae et jam in Alakiko (151); et tenero cum affectu desideravit felicitatem, super quâ sinus sui (olim) fibulis erant adstricti (152), et pro munere sibi exoptavit (153) auram vitae, cujus gratus ipsi

---

(149) Duplex in hunc locum explicatio cadit pro eo qualem notionem verbo ادّعى tribueris; si ea placet, quàm in translatione expressi, *simulandi* aliquid, *fictam speciem prae se ferendi* (conf. Harir. p. 33 vs. 5 edit. Sac., et ad eundem locum Schult. I. 179), sensus est: *Laus Deo sit, cum indicaverit mihi fore ut appareat, contemtum illum ac negligentiam, quam erga me ostendebas, non veram et ex animo alienato profectam, sed plane fictam simulatamque fuisse;* et scholii quidem auctorem hoc spectasse, ultima verba ejus satis arguunt. Sin vero ادّعى, ut in universum significat: *falso ac temere arrogavit sibi* vel *professus est* aliquid, ita vim quoque habet *falso sibi* aliquid *in animum inducendi*, haec forte loci sententia est: *L. D. s., c. i. m. f. ut illud, quod calumniatoribus obsecutus de me meisque moribus tibi in animum inducebas, falsum et omnino mendax fuisse tibi appareat.*

(150) Si in amore ac desiderio alicujus remissius quis et languidius coepit versari, proxime sequitur, ut memoria illius ei penitus ex animo excidat: unde vult poëta, se admodum gaudere, quod certo sibi persuasum esset, antea reconciliandae amicitiae locum fore, quam ista sua ἀμελεία in absolutam oblivionem abiisset.

(151) Conf. supra p. 75, 76 et 97 in annot. 40, 43 et 122.

(152) Vertendo haec verba ita expressi, ut in scholio explicantur, quod sequentia continet: *Pronomen* ه *in* عليه *ad* felicitatem *referendum est, et idem in* جيوبه *ad* Ibn Zeidounum, *ac sensus est, fibulas sinuum Ibn Zeidouni adstrictas fuisse super felicitate: quo igitur constanter et perpetuo propria felicitas exprimeretur, figurate haec inserta est in vestem quae corpus illius cingebat. Similis huic metaphorae est dictio eorum: Gloria sedet inter duas vestes ejus, et generositas inter utrumque amictum ejus; et cum eâdem convenit hoc dictum Zijadi Aladjami* (poëtae, cujus duo versus traduntur Hamas. p. 780; conf. etiam p. 678):

Sane liberalitas et fortitudo et munificentia sunt in tabernaculo, quod fixum est super Ibn Alhaschradjo (h. e. *cominus ei adsunt eumque proxime cingunt*).

Haec igitur exempla licet appositissime a scholii auctore allata sint, ad suam explicationem tuendam, dubitari tamen potest, an non عليه aeque ad *Ibn Zeidounum* referendum sit, ac له in sententiâ huic resonanti, جيوبه autem ad *felicitatem:* quod si cui probabilius videatur, vertendum est: *desideravit felicitatem, cujus sinus olim super ipso fibulis adstricti erant;* neque haec etiam metaphora in Arabum poësin et prosam elatiorem non cadit: ut enim dicere solent, indutum aliquem esse veste clementiae, gloriae, similium, ita possunt Fortunae quoque sui tribui sinus, qui si super aliquo fibulis adstricti fingerentur, prospera ejus et longe splendidissima significaretur conditio. [Posteriorem explicationem veriorem arbitror. Phrasis *complicare* vel *ad-*

(olim) erat flatus, et solatium petiit ab eorum exemplo, quos nocturnis insidiis calamitates aggrederentur, et ferirent sagittis bene directis, quique injuriâ opprimerentur inde a tempore (rei quae gesta est in) Alahasso usque ad (rem quae gesta est in) Dzat Alisad (154), dixitque:

---

stringere sinus super aliquem videtur significare *aliquem in clientelam et tutelam recipere.* Veteres enim Hebraei et Arabes id se facturos significabant aliquem extenso pallio obtegentes. Hinc Rutha ad Boäzum, C. III. v. 9: פרשת כנפך על אמתך, *vestis tuae laciniam super ancillam extende*, i. e. *me tamquam maritus in tutelam tuam recipe.* Unde explicandum illud ejusdem libri, C. II vs. 12: *Deus* אשר באת לחסות תחת כנפיו, *sub cujus lacinias ad tutelam quaerendam concessisti.* Rem illustrat factum Mohammedis, qui cum inter captivas mulieres bello Honainensi sororem suam agnovisset collactaneam, Schimam al Haretsi filiam, بسط عليها رداءه, *pallium suum in eam extendit*, et viatico instructam inviolatamque remisit ad suos. Narrat rem Abulf. *Annal.* T. I p. 162, ubi vide Reisk. n. hist. 66. In duobus postremis exemplis illud genus tutelae est, quod patronus clienti, in Boäzi historia illud, quod maritus uxori largitur. Eundem morem ad alias quoque necessitudinum species referri potuisse, in his ad patrem filium adoptantem et in curam suam recipientem, ut ratio docet, ita testimonium demonstrat scriptorum Historiae Hierosolymitanae, Alberti Aquensis L. III. c. 21, et Guiberti Abbatis L. III c. 11, de Balduino comite, Gothofredi Bouillonei fratre, a Principe Edesseno adoptato referentium, et consuetudinem nobis describentium ex superiore illa prognatam et verbis Ibn Khacani illustrandis aptissimam. Nam, ut Guiberti verbis utar: *Adoptionis autem talis pro gentis consuetudine dicitur fuisse modus. Intra lineam interulam, quam nos vocamus Camisiam, nudum intrare eum faciens sibi adstrinxit, et haec omnia osculo libato confirmavit.* Fatemur hunc principem fuisse Graecum vel Armenum, et Christianum; sed Moslemis quoque hunc morem innotuisse, Turcica phrasis قوينندن كچورمك *per sinum indusii sui traducere*, pro *sibi filium adsciscere*, ostendit. Significarit igitur Ibn Khacanus, fortunam Ibn Zeidounum in clientelam recepisse, vel ut filium adoptasse. II.]

(153) De hac significatione 10ae formae verbi هدى conf. scholion ad Harir. p. 16 edit. Sac., et ad eundem locum Schult. I. 25.

(154) Auctor, summam expressurus fortunae injuriam, facta significat, quae cum antiquissimâ Arabum historiâ conjuncta sunt. Scholii auctor hac de re sequentia refert: *Alahass* (Hamas. p. 422. vs. 3 a f.) *est ex habitaculis tribûs Becr ben Waïl, et Dzat Alisad* (Hamas. p. 223 vs. 16 et p. 449 vs. 5 a f.) *ex habitaculis tribûs Ghathfan; dicunt vero hunc locum eundem esse ac Djafr Alhabaä* (Hamas. p. 96 med. et p. 210 vs. 7). *Significatur autem his verbis res gesta inter duas Baghidhensium familias, Absitas et Dzobjanitas* (conf. Hamas. p. 698 vs. 7 a f.), *ac victoria quam Absitae mutatâ belli fortunâ a Dzobjanitis reportarunt, postquam Dzobjanitae eos vicerant, eosque expulerant sedibus et mansionibus suis, iique migraverant ad sedes Rabiitarum, et habitatum venerant in Alahassum et Schobaitsum* (Hamas. p. 422 vs. 3 a f.); *quod vero arguit, eos in Alahassum et Schobaitsum habitatum venisse, est versus Obaidi ben Alabras* (poëtae, cujus etiam versus citatus est Hamas. p. 637. vs. 6):

Habitatum venerunt in Schobaitsum et Alahassum: nam eorum mansiones occupaverant Dzobjanitae.

Quod vero dicit auctor: usque ad Dzat Alisad, *his verbis terminum constituit summae eorum injuriae: significat enim eos finem imposuisse injuriae, quae a se invicem ad ipsos redundabat, in Dzat Alisad, ubi occiderunt duos principes Ghathfanensium, Hodzaifam et Hamalum, filios Bedri* (Hamas. p. 96 et 210); *quod factum indicat Abou Temmam versibus hisce:*

Constat sermonem, qui mendacium erat, ante te ad Nomanem venisse de Zijado,

Et perfide egerunt tempore remotissimo illi qui e Bedrensibus occisi sunt, ad Dzat Alisad.

Amor (noster vertitur) in (tempore) ortûs earum stellarum (felicitatis), et vota nostra in (tempore) flatûs illius aurae, p. 33.

Est vero opinionum diversitas de spatio hujus belli: sunt enim qui illud quadraginta annorum fuisse dicant; Assohaili (vid. Herbel. in *Soh.*) *autem tradit, illud annorum octodecim fuisse, ejusque initium quadraginta annis post bellum Djabalae; die autem pugnae Djabalae natus est Mohammedes.*

Quod ad versus Abou Temmami attinet, duo fraudis et perfidiae exempla commemorantur, quorum posterius tum demum bene explicari poterit, cum expedita fuerit res universa, de quâ scholii auctor disseruit; prius exemplum ad tempus paulo inferius pertinet, nec cum iis rebus conjunctum est. Zijadi enim nomine dicitur, credo, Zijad ben Moawija, vulgo appellatus Alnabega, poëta celebratissimus, qui cum intimâ familiaritate Nomanis ben Mondzar, Regis Hirae, diu gavisus fuisset, tandem ab hoc, turpissimis calumniis circumvento, dimissus et ex regno Hirensi expulsus est; conf. Sacyi Chr. Arab. II. 411 seqq. 2ae edit. Est vero animadvertenda significatio, quam in versibus illis 5ae formae verbi ثبت et 3ae formae verbi غدر tribuendam esse, ratio indicare videtur.

[Locus est obscurissimus, cui Scholiastae explicatio tenebras potius quam lucem offundit. Vult scilicet Absitas, sedibus suis a Dzobjanitis, i. e. Fazaritis, ejectos, ad locum al Ahas dictum concessisse, et illius exsilii damnum et calamitatem a se amolitos esse interfectis Hodheifa et Hamalo, Bedri filiis, apud Dzat al Isad, qui locus ab Hebatae puteo, sive Djafr Hebaat, solo nomine differat. Sic igitur, si recte conjicio, verba textus وتأسّى بمن — ضيم من عهد الاحص الى ذات الاصاد ex illius mente significarent: *et solatus se est eorum exemplo, qui primum injuria affecti tandem hostes ulti sunt suos*, vel *meliorem conditionem assecuti sunt;* quod tamen, ut puto, his verbis Arabicis hac constructione nemo expressisset. Primarium hujus interpretationis argumentum in eo positum esse apparet, quod Dzat al Isad et Djafr Hebaat unum idemque sit, quae toto coelo a se invicem discrepare mox apparebit. Jam primum Dzat al Isad is ipse locus est, ad quem cursu contenderunt Dahes et al Gabra. Novimus hoc ex excerptis Abulfedae ad calcem Pocockii Sp. H. A. p. 455. sec. ed., eodemque respicit Kais ben Zoheir, Dahesi possessor, in versibus hisce, qui apud Meid. in prov. 5418 قد وقع بينهم حرب داحس والغبراء, et cum aliis compluribus ex eodem carmine in Hamasa p. 449 vs. 5 a f. exstant:

(الوافر) كما لاقيت من حمل بن بدر واخوته على ذات الاصاد
هم فخروا علىّ بغير فخر وردّوا دون غايته جوادى

Quale id est quod expertus sum a filio Bedri Hamalo ejusque fratribus in Dzat al Isad.
Illi exsultarunt in nos sine gloriandi caussa et equum meum repulerunt antequam ad metam suam pervenisset.

Significat colaphum, Daheso per insidias ab Hodheifae servo impactum, ut tantisper recedens al Gabrae locum daret primas occupandi. Subdubito an hinc corrigendus sit locus Lexici Geographici مراصد الاطّلاع, in v. الاصاد, quem integrum adscribam: الاصاد بالكسر اسم الماء الذى لطم عليه داحس وكانت الحرب المشهورة بسببها وذات الاصاد رُدْهة فى ديار بنى عبس وسط هضب (l. هضب) القليب وهو عَلَم احمر [فيه] شعاب كثيرة فى ارض الشربة وقال الاصمعى هضب (l. هضب) القليب بنجد جبال صغار والقليب فى وسطه هذا الموضع يقال له ذات الاصاد والردهة نقيرة فى

Laetitiâ nos perfundit (memoria) vitae nostrae affluentis commodis — o utinam perpetua esset illa laetitia viro, qui perennem eam esse cuperet —

جحر يجتمع فيه الماء. Versionem non addo; sed hoc observo, vocabula يطّم عليه داحس reddi quidem posse: *ad quem celeriter cucurrit Dahes*, at minus verosimile esse auctorem, qui plerumque vocabulis de trivio sumtis utitur, verbum rarissimum طمّ usurpasse, tum si hoc spectasset, eum additurum والغبرا, nec soli Daheso hanc cursus celeritatem adscripturum fuisse. Quapropter haud invitus rescribam أُطم *percussus est*. In sqq. exstat بسبيبها, quod aut in بسببه, aut si الغبرا suppleatur in بسببها mutandum est. Jam ex comparatione hujus loci intelligimus, etiam Ibn Nabatam in suo ad Ibn Zeidouni epistolam commentario (Rasmussen. p. 41) certamen illud equorum collocavisse ad Dzat al Isad, cum narret Hamalum ben Bedr struxisse insidias Daheso فى شعب من شعاب هضب القليب, *in aliqua fissura Hadhab al Koleibi.* Hoc vero Dzat al Isad non diversum esse a lacu Zatool Irsad, toties memorato in versione Antarae Anglica, ad quem primariam tribus suae sedem Absitae habuere, ex illo libro constat T. IV p. 176, ubi de contentione inter Dahes et al Gabra sermo est, et haec inter alia leguntur: *and the affair was mutually settled — that the race-ground should be near the lake of Zatool Irsad.* At hoc nihil commune habere cum Djafr Hebaat, quo proelio victi Hodheifah et reliqui Fazaritae confugerunt (T. IV p. 362 sqq.), ipsa historiae series satis demonstrat: cf. p. 360, ubi Kaisus Absitas ad tentoria sua, i. e. ad Zat ulirsad redire jubet, dum ipse cum parte copiarum pergit ad Hebaat Hodheifam et reliquos quaerens. Lexicon quoque Geogr., quod descriptionem putei Hebaat duplici loco attingit, eadem, ut par est, regione illud collocat atque Dzat al Isad, utrumque idem esse minime dicit. In v. الجفر Hebaat appellat بير بارض الشربة, et in v. هبأة haec notat: هباة ارض ببلاد عطفان (غطفان l.) وحفر (وجفر l.) مستنقع فى هذه الارض وقيل ماء فى جبل فوق السوارقية (vicus Abu Becri inter Meccam et Medinam) فى بلاد بنى سايم وهى افواه ابار كثيرة مخرقة الاسافل يفرع بعضها فى بعض الماء العذب الطيب ويزرع عليها الحنطة والسعير وما اشبهه. Si rem bene capio, in postremis يُفرغ pro يفرع legendum et res sic intelligenda est, in Hebaat esse puteorum plurimorum aperturas inferius perforatorum, quorum alii in alios aquam dulcem et bonam transfundunt, irrigandis satis circumjacentibus inservientem. Quodnisi hic de duobus Hebaat sermo sit, hinc certius discimus, quonam Arabiae loco (nempe inter Meccam et Medinam) Bedri filii interfecti sint. Confirmat aliquatenus hanc conjecturam Moschtarek, de al Hebaato silens, cum omnia nomina duobus vel pluribus locis communia alias accurate recenseat. Quae hucusque disputavimus, ostendunt errasse Scholiasten, cum textum Ibn Khacani ad ea referendum existimaret, quae apud Hebaat gesta sunt. At gravius etiam lapsus est, cum ad al Ahassum et Schobaitsum emigrasse Absitas statueret antequam Bedri filios interfecissent. Nam primum constat, illud Absitarum exilium post caedem illam patratam incepisse, cum ex Abulfedae excerptis l. l. p. 457, tum manifestius etiam ex Meidanio prov. 3418: فلما اصيب يوم الهباءة استعظمت غطفان قتل حذيفة وكبر ذلك عندها فتجمعوا وعرفت بنوا عبس ان لا مقام لهم بارض غطفان وخرجت متوجهة نحو اليمامة: *cum calamitas diei Hebaatensis ingruisset, Gathfanenses aegre tulerunt caedem Hodheifae, eaque res gravis illis visa est: quibus congregatis intellexerunt Absitae, se in terra Gathfanensi diutius morari non posse et emigrarunt tendentes in Yemamam.* Tum in sequentibus narrat, quomodo variis erroribus jactati, nunc ad

(Memoria) desiderii necessario explendi, quod non eo pervenit ut expletum sit; temporis, cujus praesidium non illud erat quod quis vituperet.

---

hanc, nunc ad illam tribum se contulerint, nusquam firma sede reperta; at frustra ibi quaeres mentionem al Ahassi et Schobaitsi, quibus in locis consedisse Absitas exules Scholiastes statuit, in errorem abductus, ut puto, versu quem laudat veteris poetae, نزلوا شبيثا والاحصّ واصبحوا نزلوا منازلهم بنوا ذبيان. Ista si proprio sensu sumenda censeas, in inexplicabilem incides difficultatem. Sic enim casu admodum improbabili et ante diem Dzat al Isad et post interfectum Hodheifam aliqua apud al Ahassum calamitas acciderit. Veram interpretationem cum Ibn Khacani, tum verborum نزلوا شبيثا والاحص, quaerendam censeo in historia Kolcibi, quam inter alios narrant Abulf. in excerptis l. l. p. 450 sq., Meid. diversis in locis et imprimis prov. 2334: اشأم من البسوس, et prov. 3306: أعزّ من كليب وايل, Tebr. ad Ham. p. 420—423, Nuweirius in *Hist. praecipuorum Arabum regnorum ante Islamismum* Rasmusseni p. 110—116, Ibn Nab. denique in excerptis ejusdem p. 9 sqq., qui prae caeteris hic laudandus est. Quippe reliqui quidem omnes narrant hunc Koleibum Rabii filium Waylitarum i. e. Becrensium et Taglebensium regem, tanta fuisse superbia, ut a pascuis suis et aquis omnes arceret, et camelum aliquam, sive Basusi amitae Djassasi, sive hospitis apud eam divertentis, quam forte in suo prato pascentem videbat, sagitta vulnerasse, quo facto interfectus a Djassaso bello exitiali Basusi caussam praebuit; at solus refert Ibn Nabata Koleibum gentem Djassasi primum flumine Schobaits (non Schabib, ut ibi legitur), deinde ab al Ahas prohibuisse, unde altercatio orta et caedes Koleibi. Hinc intelligitur dictum irridentis Djassasi, et hasta confosso aquamque petenti oggerentis: تجاوزت شبيثا والاحص, *praetereas Schobaitsum et al Ahas*, quod plerique eorum et Meid. prov. 812: تخطى الىّ شبيث والاحص referunt, at eorum explicat nemo. Ego vero reddendum existimavi *praetereas*, non *praeteriisti*, ut Djassasus hac eadem formula usus sit qua Koleibus advenas ab aquando prohibere solebat. Sed ad rem veniamus. Nonne ex his quae disputavi admodum verosimile est, illas loquendi formulas نزلوا شبيثا والاحص et ضيم من عهد الاحص الى ذات الاصاد proverbiales esse, quarum illa significet *Absitae exsules ubique repulsam passi sunt instar eorum qui ad al Ahassum et Schobaitsum aquatum veniebant:* haec vero notet *damnum passus est a tempore negatae aquae al Ahassi ad tempus certaminis equorum apud Dzat al Isad*, i. e. *a bello Basous ad bellum Dahes et al Gabra*, q. d. *maximis et continuis calamitatibus conflictatus est.* Explicationem nostram hoc quoque confirmat, quod initium belli Basous alterius illius principia satis longo intervallo antecessisse dicatur. Vide quae hac de re disputarunt Rasmussenus, *Hist. Regn. Arabum* p. 115 coll. p. 89, et Kosegartenus, Moall. Amrui ben Kelthum p. 38, comparanda cum illis quae melius, ut puto, hac de re scripta sunt a Viro Celeb. de Sacy in *Mémoires de l'Académie des Inscr.* T. 50 p. 385 sqq. 391, 399, coll. T. 48 p. 571, ubi exstat Tabula Regum Hirensium. Verosimile facit Sacyus Moallakas Harethi et Amroui ben Kelthoum esse pronuntiatas coram Amrouo ben Hind rege Hirensi paullo postquam bellum Basous desierat; Amroui autem regis anno 8º natum esse Mohammedem. Cum vero proelium Djabalae non solo Nuweirio teste, cui hac in re non satis fidem habet Sacyus, sed omnium scriptorum, quos vidimus, consensu acciderit anno natali Mohammedis, quo tempore Hodheifa et Hamalus interfecti jam erant et Keis cum Absitis dudum emigraverat, ut ex Meidanio prov. 3418 discimus, apparet belli Dahes initia incidere in ipsum finem belli Basousi, atque illud proverbium, quod explicuimus, bene de continua calamitatum serie usurpari posse. Obiter addo, quia res ad hunc potissimum locum pertinet, in fine scholii legendum videri: وان ابتداءها بعهد حرب جبلة باربعين سنة قبل الاسلام وفى سنة يوم جبلة ولد رسول الله

Redeundum vero adhuc est paullisper ad fluvios illos, sive lacus al Ahassi et Schobaitsi. Vidimus antea in Ibn Nabatae commentario شبيب pro شبيث scribi, quod merito correximus. Nam Yakoutus in Moschtareko diserte conjunxit الأحصّ et شُبَيث, eandemque lectionem sequuntur Abulfeda, Tab. Syriae p. 25, istum locum excerpens, et Vezirus Abou Obeid ben Abdalaziz al Bekri in المعجم الكبير, MS. 421. Idem Yakoutus in voce شبيث rem conficit dicens illud esse diminutivum a شبث, animalculo quodam multis pedibus praedito. Quin etiam addit Lexicon Geographicum illud scribi cum ثاء مثلثة in fine. At nihilominus scriptio شبيب saepius repetitur in iisdem libris in voce الأحصّ. Exstat eadem quoque in exemplis Ibn Nabatae Leydensibus et Sacyano; exstat in Nuweirio, in cujus excerptis, l. l. p. 380, Vir Celeb. de Sacy sic expressit dictum Djassasi ad Coleibum confossum: *Tu as surpassé en tyrannie Schabib et al Akhass*, per historiae obscuritatem illa virorum nomina existimans, non locorum. Caeterum Yakoutus الأحص et شبيث aquis non accenset sed simpliciter vocat منازل ربيعة ثم بكر بن وايل in L. G.; at in Moschtareko longe uberius قال الكلبى فى كتاب افتراق العرب ودخلت قبايل ربيعة ظواهر بلاد نجد والحجاز (inquit) واطراف تهامة وما والاها من البلاد بالذنايب (l. الذنايب) ووارِدات والأحص وشبيث وبطن الحريب (l. الجريب) *Ait Kelbita in libro de dispersione Arabum: et venerunt tribus Rebiitarum iu loca altiora Nedjdi et Hedjazae et ad fines Tehamae et vicinas regiones nempe in Dzanaib, Waridat, al Ahass, Schobaits et Batn al Djarib.* Dignus foret locus qui accuratius exponeretur, sed in praesenti ad alia properandum est, et tum de versu Abou Temmami quem Schol. citat videndum, tum de duabus diversis traditionibus ab eo memoratis circa annos quos bellum Dahes duraverit. Abou Temmami vss. leguntur in ejus Diwano MS. 899 p. 65. Desumti sunt ex carmine longiore 51 distichorum, quo laudat Ahmedem ben Abi Dowad, Judicem illum Bagdadensem de quo egimus in Spec. Cat. p. 127, et apud eum se excusat de carmine satyrico quo perstrinxerat aliquis Ibn Abi Dowadum, prae se ferens illud ab Abou Temmamo compositum esse. Sic enim intelligo verba inscriptionis وقال يمدحه ويعتذر اليه من شعر هجى به على لسانه. In vs. 1 legitur تثبيت et زناد pro تثبت et زياد. Neutrum bene, nisi forte تَثَبَّت hic verbali sensu pro *constat* positum censeas. Porro in Codice 899 his duobus versibus tertius interjectus est obscurissimus:

وارث بين حيّ ابى جلاح سنا حرب وحيّ بنى مصاد

In alio Codice Abou Temmami, MS. 403, qui brevibus scholiis instructus est, annotatum reperio جلاح ومصاد من كلب اليمن كانت بينهم حرب كبيرة. Duplex est tribus كلب inter Yemanenses, altera minor, pertinens ad Banou Kahlan, altera maxima كلب بن وبرة, quae inter Khodaënses (قضاعة) censetur, et multis ab Ibn Doreido describitur in كتاب الاشتقاق MS. 362. Hic obiter memorat Banou Masad, sed Banou Djolah ignorat, nisi forte ad istam stirpem referendus sit Ibn al Djolah, pleno nomine Noman ben Wayil ben al Djolah, quem inter claros Calbenses nominat cum hac nota: كان قايدا للحرث بن ابى شمر الجفنى (qui fuit Gassanidarum rex) — وهو الذى اغار على بنى فزارة وبنى ذبيان فاستباحهم وسبى عقرب بنت النابغة ومنّ عليها فمدحه النابغة بقصيدة. Quorsum haec spectent, ignoro: descripsi tamen, ut aliis me felicioribus opportunitatem praeberem quaerendi, num forte hic semina belli, inter Masad et Djolah gesti, lateant. Ego certe frustra per omnes libros tam editos quam ineditos Arabum aliam harum tribuum mentionem quaesivi; unde incertus haereo, utrum وارث legendum sit et vertendum: *et excitata est flamma belli inter tribum Abi Djolah et filios Masad*, an potius أرث in activo, ut haec cum praece-

O tu, qui me laedis tenebricosis noctibus! non mea dies sola est injusta (155):
Quid tibi videtur de lunâ et sole, si consideras ut defectum patiantur secus quam
stellae minores (156)?
Atque ista mala fortuna non desinit magnam calamitatem inferre ei qui magnus est.

---

dentibus conjuncta sic explicentur: *Constat sermonem, qui falsus erat, pervenisse ante te ad Nomanem de Ziyado et excitasse flammam belli inter tribum Abi Djolahi et filios Masadi.* Posterius verosimilius arbitror, cum ratio postulet ut hic perfidiae exempla enumerentur et effectus, quod de isto bello inter duas tribus gesto non apparebit, si vs. 2 separetur a superiore quem, ut puto, recte Weyersius meus ad Ziyadum, qui alias Nabegah dicitur, retulit. Ex variis traditionibus, quae a Sacyo l. l. ex Kitab al Agani citantur, haec procul dubio obversata est Abou Temmamo, quae caussam inimicitiarum inter Nomanem et Nabegam repetit a satyra in regem, quam duo poëtae ipsi recitarunt tamquam a Nabega confectam. Versum, qui perfidiam filiorum Bedri memorat, male construxit Scholiastes, referens verba ذات الاصاد عـلى ad قتـلى, cum ad غادر pertineant. Hinc perversa illius opinio enata de situ τοῦ Dzat al Isad. In eundem errorem inciderat Soulius Diwani Abou Temmami collector et interpres, quod non ex MS. 899 discimus, cui ab initio paucae tantum notae marginales adjectae sunt, sed ex Lexico topographico المعجّم الكبير supra laud., in quo ad vocem ذات الاصاد primum legitur vera explicatio, tum versiculus idem Abou Temmami cum hac nota Soulii: ذات الاصاد الردهة الّتى قتل عليها قيس بن زهير حذيفة بن بدر. Nunc restat ut agamus de annis belli Dahesi, quos reliqui tantum non omnes quadraginta fuisse autumant, solus Soheilius, nostro Scholiasta teste, octodecim. Hoc vero propius esse, illud indefinitum numerum continere, haud levis suspicio est. De Hebraea lingua hoc dudum observarunt Viri docti, Arabicam quod memini ad rem illustrandam non adhibuerunt. At quis non videt, admitti non posse ut quadraginta annos duraverit utrumque bellum et Basous et Dahes, et quadraginta Galwas (alii dicunt centum) cucurrerint Dahes et al Gabra, qui totidem dies ad cursum praeparati sunt, ut omnia miro quodam casu in unum eundemque numerum conspirent. Caussam rei non perspicio: hoc admodum probabile arbitror, numerum illum non minus sacrum fuisse quam septimum, et hinc Mohammedem quadragesimo aetatis anno se prophetam venditasse, hinc porro arbitrari Moslemos, ut est in eorum traditionibus, neminem prophetarum ante illam aetatem munus suum suscepisse. Videant alii, an haec quae de numero isto indefinito diximus etiam pertineant ad bellum Djabalae et bellum elephanti, quae ad annum natalem Mohammedis, i. e. *ad quadragesimum ante Islamismum*, referuntur ambo. Ego hic nihil pronuntio. H.]

(155) Apparet, poëtam in hoc versu orationem convertere ad Regem Ibn Djahwarem, qui ipsum in carcere detinendo vexabat. In priore autem hemistichio vox ظُلْم est forma plur. a sing. أَظْلَم, ظَلْمَاءُ *tenebricosa nox*, et *noctes tenebricosae* dicuntur pro *tempore tristissimo* vel *fortunâ maxime adversâ*; conf. supra p. 84 in ann. 67. Quae in posteriore hemistichio offenduntur verba, dictio sunt proverbialis, uti apparet ex Meidanii libro N. 4454, quâ quis significat, non se solum contra quam mereatur a fortunâ opprimi.

(156) Solenne est Arabum poëtis, hoc exemplo et similibus e rerum naturâ petitis arguere, quo magis quis sive ingenio sive dignitate caeteris emineat, hoc magis eum fortunae casibus obnoxium esse, neque igitur calamitatem pro opprobrio, sed potius pro nobilitatis indicio habendam esse; conf. prol. Safadii MS. p. 10 vs. 10 et carmen insertum in *Noct. Arab.* I. 35 et 36, in quo quae multa numero ab editore menda relicta sunt, Fleischerus correxit e Codd. MSS. in *Journal Asiat.* T. XI. p. 237, 238; at secundi tamen versûs posterius

Ejusdem sunt hi versus amatorii:

An posset desolatum me reddere fortuna, cum tuâ gauderem consortione, et dies mihi obscurus esse, cum tu esses sol meus?

(Sic ego putabam) et plantabam in amore tuo vota mea, at carpsit mors de fructibus plantae meae (157).

Sane reddidisti perfidiam pro fide meâ, et inique amorem meum vendidisti vili pretio.

Ego vero, si fortuna se meo submitteret arbitrio, te redimerem ab infaustis casibus ejus vitâ meâ.

p. 34. Et hi quoque, eodem modo amatorii:

Questus sum de te in pectore meo apud Amorem, atque indignatione abreptus tibi mala imprecatus sum, et ille annuit.

Optare feci animum meum ex sincero tui amore statum perculsum et attonitum: sane solet inani spe ducere virum fulgurans cupido (158).

Et hi, quibus ex personâ Almotadhedi Billah appellat socerum ejus Almowaffacum Abouldjaisch, dominum Deniae (159):

---

hemistichium secus quam huic visum fuit, sic restituendum puto: فَلَيْسَ يَقْصِفُ الّاَ مَنْ عَلَا الشَّجَرْ: *neque aliae franguntur arbores, nisi quae altae eminent.*

(157) Vult simpliciter: *at vota illa mea non exitum nacta, sed miserum in modum exstincta sunt.*

(158) Sensus prioris hemistichii est: *Ego, cujus vota ac studia in tui amore unice vertebantur, jam nihil aliud me ex hoc ipso lucratum esse sentio, quam animum ereptâ spe perculsum et perturbationum vi huc illuc sine mente agitatum.* In posteriore versûs parte, sive nostram translationem probaveris, sive vertendum videatur *fulgurans nubes cupidinum* (subintellecto τῷ بارقة nomine عَنَانَة vel simili), facile agnoscis, talem spectari nubem, quae nihil praeter fulgur emittat, et exspectationem pluviae miserum in modum frustretur.

(159) Labante Omayadarum imperio, cum ex provinciarum Praefectis totidem exsisterent Reguli, Deniae et adjacentis ditionis potitus est cliens aliquis nobilissimae Ameridarum gentis, quae, quoniam ex illâ tres deinceps viri, Mohammed Almansour filiique hujus Abdalmalek Almodhaffer et Abdarrahman Alnasir, ab anno H. 366 — 399, Regis Heschami II Hadjebi fuerant, vel potius illius loco regnaverant, maximam tum quoque retinuit auctoritatem, cum per Abdarrahmanis necem de summo quem teneret loco deturbata esset. Ille ergo Deniae dominus, vasto intrepidoque animo vir, tantâque regnandi libidine incensus, ut etiam classe paratâ Majoricae, Minoricae et Ebusi insulas invaserit sibique subjecerit, nec ipsam Sardiniam intactam reliquerit, in Condei libro, I. 583 vs. 9, dicitur *Modjahed Edim ben Abdallah Alamery, notus appellatione Abouldjaischi Almowaffaki;* et ibid. II. 24, cum filiâ ejus nuptias contraxisse Motadhedus legitur, ex eâque anno H. 432 suscepisse filium Mohammedem, qui postea Motamedi titulo ornatus in regnum Hispalense successit. Jam duos hosce locos adhibitos sufficere putares ad Ibn Khacanis verba illustranda, et cum nullo quidem modo dubitares, nos vocem صِهْر ita ut auctor voluerit, vertendo expressisse, facile etiam ab hoc tibi persuaderi patereris, versibus qui sequuntur non alium quam Modjahedum illum, Motadhedi socerum, ex hujus personâ ab Ibn Zei-

Agnovi odorem euri, cum flaret aura ejus fragrans e tractu illius, quîcum ego in corde meo divisum habeo (spatium).

---

douno, principe inter ministros et intimâ familiaritate viro, appellatum esse. Quod tamen quantam difficultatem habeat per temporis rationem, evidenter apparet, collatis inter se ab unâ parte Condei loco, II. 27 vs. 5, ubi legitur Modjahed anno H. 436 obiisse, et ab alterâ Ibn Khallicanis (MS. P. I. 64) et Safadii (MS. p. 3) testimoniis infra edendis, tradentium Ibn Zeidounum anno demum H. 441 Hispalin ad Motadhedum pervenisse. Unde mirum in modum impedita quaestio exsistit, quae solvi non posse videtur, nisi de tribus unum statueris, vel Ibn Khallicanem et Safadium, in locis laud. annum 441 dicentes, a vero aberrasse, vel Modjahedum aliquanto serius quam a Condeo relatum est, et quidem post annum 441, obiisse, vel denique versibus illis alium quam hunc, cui idem Abouldjaischi cognomen fuerit, ab Ibn Zeidouno appellatum esse: quod praeter haec enim restaret, ut falso nomine eos ferri et ab alio poëtâ profectos putares, in desperatâ demum causâ ad nodum secandum valeret. Jam primum illud an aliquam verisimilitudinem habeat, cum hujus loci non sit expendere (omnia enim, quae chronologiam vitae Ibn Zeidouni spectant, in unum locum infra rejicienda sunt; vide p. 73 in annot. 31), apparet quidem, de re controversâ hîc nondum plane decidi posse, at juvabit tamen, quae de Modjahedo ejusque posteris tres alii auctores scripserunt, in medio positis, eandem magis enucleare et ad solutionem aliquanto propius adducere: uti enim considerato Ibn Khaldouni, quem citabo, loco, annus mortis illíus, ut in Condei libro est traditus, vix addubitabitur, ita Abdolwahedii praesertim verba ansam dabunt accuratius dispiciendi, an postremâ quam diximus viâ ad quaestionem dirimendam incedi possit. Hic igitur, MS. p. 70, in capite inscripto: فصل يتضمن ذكر أحوال الاندلس بعد انقطاع الدعوة الاموية عنها, sequentia retulit: وكان يملك دانية وأعمالها مجاهد العامرى مولًا على الاجمال لا على التفصيل اصله رومىّ مولًا لابى عامر محمد بن ابى عامر ثم ملكها بعده ابنه على بن مجاهد وتلقب بالموفّق لا اعلم فى المتغلبين على جهات الاندلس اصونَ منه نفسا ولا اطهر عرضا ولا انقى ساحةً كان لا يشرب الخمر ولا يقرّب من يشربها وكان مؤثرا للعلوم الشرعيّة مكرما لاهلها توفى قبل فتنة المرابطين بيسير لا اتحقق تاريخ وفاته: *Et potitus est Deniae et tractuum ei subjectorum Modjahed Alamery, libertinus, origine Graecus, cliens Abou Ameri Mohammedis ben Abi Amer; deinde post illum possedit eam filius ejus Aly ben Modjahed, cognominatus Almowaffac, quo inter eos qui regiones Hispaniae sibi subjecerunt, nullum novi qui probiore esset animo, famâ magis intemeratâ et continentiore vitâ domesticâ: vinum non bibebat, nec qui hoc biberent ad familiaritatem suam admittebat, et studiose colebat disciplinas quae ad scientiam Legis pertinent, et in honore habebat eos qui easdem profiterentur; mortuus est paulo ante calamitosam Morabitharum incursionem* (inchoatam anno H. 479); *ipsum vero annum mortis ejus non certo cognitum habeo.* Infra hunc locum ad rem de quâ quaeritur adhibebimus; hîc de verbis ipsis tria monenda sunt: satis verisimile videri, vocem مولًا, vel potius مولًى, per errorem bis a librario scriptam, et priore loco e textu ejiciendam esse; deinde, Mohammedem Almansourum ab omnibus quidem auctoribus (conf. Conde l. l. I. 488 vs. 19, caet.) *Mohammedem ben Abi Amer* dictitari, non autem huic ipsi *Abou Ameri* appellationem aeque vulgo tribui: quare, ne quis locum editum mendo corruptum putet, tenendum est idem in hoc libro saepius scriptum offendi, ut p. MS. 22, in initio capitis de Rege Heschamo II: تولى حجابته — ابو عامر محمد بن عبد الله بن ابى عامر محمد

ابن الوليد بن يزيد بن عبد الملك بن عامر المَعافرىّ القَحْطانىّ, itidemque p. 28, ubi filius ejus commemoratur hoc nomine: المظفر ابو مروان عبد الملك بن المنصور ابى عامر محمد بن ابى عامر. Denique admodum notabilis est dictio انقى ساحة, pp. *mundior quod ad cavaedium*, sive *mediam domûs aream attinet*, quâ loci ratio persuadet, hîc illud significari quod vertendo expressum est; si vero quaeritur, quomodo ambae notiones, propria illa et haec figurata, inter se conciliari possint, inprimis animadvertendum est, Orientalium domus ita se vulgo habere, ut a parte quidem viae publicae omnium forma et inculta tristisque facies eadem sit, nec quidquam quod intra eas geratur se prodat, sola autem interna earum ratio pro incolarum conditione et vitâ sane quam diversa sit: nec mirum igitur esse, si praesertim e cavaedii, qui locus subdialis est in quo se ludis variisque rebus oblectare solent, si ex hujus, inquam, squalido et indecoro habitu impuri et luxuriosi domini ejusque familiae mores, contra vero ex ejusdem munditie et decentiâ horum sobrietas et simplex vitae genus efficiantur. — Pergimus ad Nowairii testimonium. Hic in Encyclopaediae Cap. V. sect. V. part. V., in quâ expositis Omayadarum Hispanorum rebus subjunxit ذكر اخبار الاندلس ومن ملكها بعد انقطاع الدولة الاموية, de Deniae regno haec prodidit: واما دانية والجزائر فكانت بيد الموفق بن ابى الجيش مجاهد العامرى وسار اليه من قرطبة الفقيه ابو محمد عبد الله المعيطىّ ومعه خلق كثير فاقامه مجاهد يُشبه خليفةً يصدر عن رايه وبايعه فى جمادى الاخرة سنة خمس واربعمية واقام المعيطى معه بدانية نحو ثلاثة اشهر ثم سار هو ومجاهد فى البحر الى الجزائر وهى ميبورقة « ومنورقة ويانسة (ومنورقة ويابسة l.) ثم بعث المعيطى بعد ذلك مجاهدا الى سرادنية (سردانية l.) فى مابة وعشرين مركبا ومعه الف فرس ففتحها فى شهر ربيع الاول سنة ست — واربعين » واربعمية وقتل بها خلق (خلقا l.) كثيرا من النصارى وسبى فسار اليه الفرنج والروم فى اخر السنة فاخرجوه منها فرجع الى الاندلس فوجد المعيطى قد مات وبقى مجاهد الى ان مات وولى بعده ابنه على بن مجاهد ثم مات فولى بعده ابنه ابو عامر ثم صارت دانية وسائر بلاده الى المقتدر بالله احمد بن سليمان بن هود فى شهر رمضان سنة ثمان وسبعين واربعمية: *Denia autem et Insulae in potestate fuerunt Almowaffaki ben Abouldjaisch Modjahedi Ameritae, ad quem cum Cordobâ accessisset Jureconsultus Abou Mohammed Abdallah Almoaithy cum magno hominum numero, Modjahed ad hunc personam detulit Khalifae, ex cujus auctoritate ipse ageret, solenniterque eum inauguravit mense Djomadâ posteriore anni 405. Quo facto Almoaithy circiter tres menses cum illo Deniae commoratus est, deinde hic et Modjahed mari tetenderunt ad Insulas, quo nomine dicuntur Majorica, Minorica et Ebusus; tum, hac re gestâ, Almoaithy misit Modjahedum in Sardiniam, centum et viginti navibus instructum, et mille equitum comitatu; expugnavitque hanc insulam mense Rabîâ priore anni 406, magnumque in eâ hominum numerum e Christianis occidit et captivos abduxit; at irruerunt in illum Franci et Graeci in exitu ejusdem anni, et inde illum expulerunt: quare in Hispaniam reversus est, ibique Almoaithyum jam morte functum invenit. Modjahed vero (in possessione Deniae) mansit donec mortuus est, et post illum huic praefuit filius ejus Aly ben Modjahed, cui mortuo itidem successit filius Abou Amer; dein autem Denia et reliquae terrae illius cesserunt Almoctadero Billah Ahmedi ben Soleiman ben Houd, mense Ramadhane anni 478.* In his verba اقامه يشبه خليفة يصدر عن رايه liberius verti, cum proprie significent: *constituit eum ut referret Khalifam, ex cujus mente ipse (in agendo) procederet;* et haec quidem dictio satis insolita videtur; quare nescio, an parvâ mutatione factâ legendum sit: يصدر عنه رايه, *a quo sua procederent consilia.* Porro, quod in loco, quo annus expugnatae Sardiniae

ab auctore definitus est, numerum denarium واربعين delendum indicavi, non sine gravissimâ ratione factum est: cum enim satis certum sit, expeditionem illam anno H. 406 (vel 407) factam esse (conf. Conde I. p. 584), tum Nowairius nequaquam certe dicere potuit, eam 41 demum annis postquam Moaithyus Deniam advenit, hujus impulsu a Modjahedo motam esse; ut vero saepius in numeris describendis librarios errasse constat, nec raro ex duobus unum, ex uno duos fecisse, ita in ipso hoc loco numerus antecedens sic scriptus legitur: سنة خمس واربعين بعمية, leviter erasis literis بعين, quo error ante adhuc quam vox sequens inchoata esset, corrigeretur. Quod autem ad ultima Nowairii verba attinet, fieri non potest ut res iis tradita recte se habeat: nam Almoctader Billah Abou Djafar Ahmed ben Soleiman ben Houd, Rex Saragossae, qui regnare incepit anno H. 438, jam mortuus est a. 474; anno vero, quem auctor dixit, 478 regnum delatum est ad Abou Djafarem Ahmedem Almostaïnum Billah, illius nepotem e filio Jousofo Almoutamino, qui inter utrumque quatuor annorum spatio imperium gessit (conf. Conde II. 27 med., 62, 63, 67). Si ergo hoc tamen verum esset, *Modjahedi nepotem anno 478 a Rege Saragossae terris suis pulsum fuisse*, facile conjiceres, Nowairium alterum Ahmedem cum altero confudisse; at alio modo rem expediendam et graviorem esse illius errorem, apparet, credo, ex locis Condei, II. 53, et Ibn Khaldouni hoc, quem jam in medio ponam: est autem e peculiari capite, الخبر عن مجاهد العامرى صاحب دانية والجزائر الشرقية واخبار بنيه ومواليهم من بعدهم ومصائر امورهم inscripto, excerptus: وكان مجاهد بن يوسف بن على من فحول الموالى العامريين وكان المنصور قد رباه وعلمه مع بنيه القراءات والحديث والعربية وكان مجيدا فى ذالك وخرج من قرطبة يوم قتل المهدى سنة اربعماية وبايع هو والموالي العامريون وكثر من جند الاندلس للمرتضى كما قدمناه ولقيهم زاوى يلحص (يُخلّص l.) غرناطة فهزمهم وبدد شمليهم ثم قتل المرتضى كما تقدم وصار مجاهد الى طرسوسة (طرطوسة l.) فملكها ثم تركها وانتقل الى دانية واستقل بها وملك ميورقة ومنورقة وباسبة (ويابسة l.) واستبد سنة ثلاث عشرة ونصب العميطى (المعيطى l.) كما مر فاراه الاستبداد ومنع طاعة مجاهد ومنعه (ومنعها l.) اهل ميورقة من ذالك فبعث عنه مجاهد وقدم على ميورقة عبد الله ابن اخيه فولى خمس عشرة منهم (سنةً l.) ثم هلك وكان غزا سردانية فى الاساطيل فافتتحها واخرج (واخرجه l.) النصارى منها وتقبضوا على ابنه اسيرا ففداه بعد حين وولى مجاهد على ميورقة بعد ابن احيه مولاه الاغلب سنة ثمان وعشرين وكان بين مجاهد صاحب دانية وبين خيران صاحب مرسية وابن ابى عامر صاحب بلنسية حروب اقران هلك مجاهد سنة ست وثلاثين وولى ابنه على وتسمى اقبال الدولة واصهر الى المقتدر بن هود واخرجه من دانية سنة ثمان وستين ونقله الى سرقسطة ولحق ابنه سراج الدولة بالافرنجة وامدوه على شروط شرطها لهم بتغلب على بعض حصونه ثم مات فيما زعموا مسموما بحيلة من المقتدر سنة تسع ومات على قريبا من وفاة المقتدر سنة اربع وسبعين ويقال بل فر امام المقتدر الى بجاية ونزل على صاحبها يحيى بن حماد ومات هنالك: *Erat Modjahed ben Jousof ben Aly e primariis inter clientes Ameritas, et educaverat illum Almansour et cum filiis suis docuerat recitationes Corani et Traditionem et linguam Arabicam; quibus in rebus gloriosum se praestitit. Exiit Cordobâ die quo caesus est Almahdy* (10° mensis Dzou'lhaddjae) *anni* 400, *et solennem fidem dedit ille et clientes Ameritae et plurimi ex exercitu Hispaniae* (Abdarrahmani) *Almortadhio, sicut ante narravimus* (conf. Conde I. 590 vs. 13 seqq. a f.); *at obviam venit iis Zawi* (appellatus *Almansour*, Praefectus Grana-

dae; conf. Conde I. 577 vs. 8 et 599 ad f.) *ad liberandam Granadam, eosque in fugam conjecit, et conjunctas eorum copias dispersit; deinde caesus est Almortadhi, quemadmodum supra dictum est. Modjahed vero Tortosam tetendit, eamque occupavit; dein eam reliquit, et migravit Deniam ejusque potitus est, et occupavit Majoricam et Minoricam et Ebusum, absolutumque sibi regnum sumsit anno* 413, *et (Khalifam) constituit Almoaithyum, ut ex antecedentibus notum est; hic autem ei conspicuum fecit se absolutum affectare imperium, recusavitque obedientiam Modjahedo praestandam; et eandem inde recusarunt incolae Majoricae, quo tamen facto Modjahed suo nomine misit et Majoricae praefecit Abdallahum filium fratris sui, qui postquam quindecim annos hanc praefecturam gessit, mortuus est. Jam ante vero classe invaserat Sardiniam et in eam armorum vi intraverat, at expulerant eum inde Christiani et filium ejus captivum prehenderant, quem post aliquod temporis intervallum redemit. Praefecit autem Modjahed Majoricae post filium fratris sui clientem suum Alaghlabum anno* 428. *Fueruntque inter Modjahedum, dominum Deniae, et inter Khairanem, dominum Murciae* (conf. Conde I. 574 vs. 2, caet et 592 in f., e quibus locis apparet eum non *Murciae*, sed *Almeriae* dominum fuisse), *et Ibn Abi Amerum, dominum Valenciae* (conf. supra p. 90 in ann. 93), *bella socialia: obiit Modjahed anno* 436, *et successit ei filius Aly, appellatus Icbal-addaula* (Felicitas imperii), *qui affinitatem contraxit cum Almoctadero ben Houd* (Condeo autem auctore, II. 31 vs. 8 coll. 53 med., cum Moïzz-addaulâ Abou Jahjâ Mohammede ben Man (معن), domino Almeriae), *a quo anno* 468 *Deniâ pulsus et Saragossam traductus est; filius autem ejus Siradj-addaula adjunxit se Francis, qui sub certis, quas iis spopondit, conditionibus ei opem tulerunt in capiendo uno e castellis suis: deinde mortuus est, ut quidem ajunt, veneno interfectus maligno Almoctaderi consilio, anno* 469. *Aly autem brevi ante obitum Almoctaderi mortuus est, anno* 474; *alii vero narrant eum ut e manibus Almoctaderi evaderet, Bedjajam* (maritimum Africae oppidum) *fugisse, et illius domini Jahjae ben Hammad hospitio usum, ibique mortuum fuisse.* Ne

quis dubitet an bene se habeat lectio وتقبصوا, satis erit notasse, me aliquot ante paginis ter quintam hanc formam eodem sensu pro primâ usurpatam offendisse; quod autem pro طرسوسة legendum putavi طرطوسة, non aliorum scriptorum, qui *hanc* urbem a Modjahedo occupatam referant, auctoritate factum est, sed solâ hac de causâ, quod, cum nulla fuerit illo nomine Hispaniae urbs, mendum sic satis facile correctum videbatur; aliis, si placeat, non minus integrum erit legere طرسونة, quod, teste Lex. Geogr., nomen est urbis quatuor parasangas a تطيلة, *Tudelâ*, remotae: hanc autem aeque ac Tortosam in orientali Hispaniae plagâ sitam fuisse, et aliunde et ex scholio, p. 27 in ann. 9. edito, apparet. Nec magis certus sum, me pro منعه bene restituisse منعها, et universum illum locum inde a verbo فارة usque ad ابن اخيه, plane ut voluerit auctor, expressisse: quam secutus sum ratio, ex aliis multis quae iterum iterumque cogitanti se obtulerunt, optima, hoc est, minimae obnoxia dubitationi visa fuit, nec puto quemquam, nisi aut alium Ibn Khaldouni codicem, aut aliorum auctorum de eâdem re exponentium magis explicitos locos ad manum habeat, sibi in hujus interpretatione facile placiturum. Consulto autem voce latinâ *inde* ad vertendum من ذالك usus sum, ut ambiguum lectori relinquerem, utrum praepositio من hîc valeat ad *tempus* indicandum (ut sententia sit, *ab eo inde tempore*, vel *post illud factum* eandem rem tentasse Majoricae incolas), an *causam* rei et *originem* exprimat: nempe ut voluerit, Moaithyi exemplum hos itidem ad defectionem induxisse, vel istius conatum horum conatûs causam extitisse. Utrum malis, certe adhibitus Condei locus, I. 615 med., ex quo apparet Moaithyum, quo tempore liberum affectabat imperium, Deniae sedem habuisse et Modjahedum in insulâ Majoricae, hunc autem, cum primum de re istâ certior factus esset, in illam urbem trajecisse et proditorem expulisse; hic, inquam, locus arguit, facile fieri potuisse, ut Modjahedi discessum ad seditionem illam opprimendam nova in ipsâ Majoricâ seditio consequeretur. Cum vero Ibn Khaldoun ad locum superiorem, in quo de Moaithyo dixerit, lectorem hîc releget, studiose quidem ea omnia pervolvi, quae de illâ aetate et de diversis Regulorum familiis prodidit, sperans me aliquid reperturum, unde ad edita verba desi-

derata lux accederet; at cum nihil quod huc pertineat offenderim, nec vel nomen Moaithyi uspiam commemoratum viderim, haud scio an auctorem in pertractandâ tam variâ inconditâque materie sua hîc memoria fefellerit. Et eo magis doleo, me quod quaerebam non assecutum esse, quod quae Nowairius, et Condeus l. l. et pag. 583, de Moaithyo retulerunt, non tantum inter se non constant, sed singula etiam magnas difficultates, praesertim chronologicas, habere videntur, quas jam brevis haec et satis obscura de eodem ab Ibn Khaldouno facta mentio tantum abest ut e medio tollat, ut multo eas graviores et impeditiores reddat. Quare cum mihi quidem hîc non vacet, deditâ operâ eam rem explicare, et forte jam nimis sedulo hac usus esse opportunitate videar, in tantis illorum temporum tenebris quid de unâ particulâ auctores tradiderint et quanta sit eorum controversia monstrandi, satis habebo ipsi lectori tria haec ad considerandum proposuisse: primum, an non Ibn Khaldouno fides habenda sit, narranti, Modjahedum anno demum 413 post Mortadhii Regis caedem palam sibi absolutam dominationem arrogasse; deinde, an non hinc consequatur, hoc ipso demum tempore ad Moaithyum illum, licet jam ante annum 405 Deniam ad Modjahedum transierit, et tum certe in ejus urbis praefecturâ ab hoc, maritimâ expeditione Insulas invadente, vicarius relictus sit; anno igitur, inquam, 413 ad illum adumbratos Khalifae vel Regis honores a Modjahedo delatos esse, quo per illius generis splendorem suam ipse ignobilitatem tueretur et regnandi consilium facilius exsequeretur; denique an non ratio loci, quem ex Condei opere citavi, I. 615 med. (collato altero illo p. 583 et 584, in cujus versu 15° a f. pro *vierzig Jahre* non dubito legendum esse *vierzehn Jahre*), satis arguat, Moaithyum circa annum 420 arbitrio Modjahedi se subducere studuisse, ac propterea ab hoc, *tum* e Majoricâ adventante (non anno 413, ut ex loco Ibn Khaldouni efficeres, considerato spatio quo Abdallah ei insulae praefuerit), Deniâ pulsum fuisse? — E deverticulo ad rem redeunti pro certo jam statuere liceat, Modjahedum anno 436 obiisse, et simul, donec infra secus judicandum appareat, sumere, non ante annum 441 Ibn Zeidounum Hispalin venisse: quaeritur ergo, num forte hic alium quam illum ex Motadhedi personâ istis appellaverit versibus? Et multi jam, credo, erunt, quibus Abdolwahedii locus persuadeat, ipsum Ibn Khacanem hoc voluisse, et *Almowaffaki Abouldjaischi* nomine non Modjahedum, sed filium ejus Alyum dixisse; voci صهر autem, cum e lexicis constet non unam ejus esse notionem, sed universe omnes affinitates nuptiis contractas exprimere videatur, hîc eam facile potestatem tribui posse, ut *uxoris fratrem* significet. Et hi fortasse, cum in Condei libro, ut supra dictum est, patrem nuncupatum legerint *Modjahed Edim ben Abdallah*, hoc utentur sententiae suae argumento: non posse utrumque, et *Modjahed* et *Edim*, proprium viri nomen fuisse: hoc igitur pro nomine, illud pro appellatione vel titulo habendum; quo posito, multo verisimilius videri, alteram illam *Almowaffaki* appellationem ad filium, quam utramque ad unum patrem referendam esse. Quibus respondeo, mox de eo videndum, an filius etiam *Abouldjaisch* vocatus fuerit, appellationem vero *Almowaffaki* potius cum duobus auctoribus, Condeo et Nowairio, Modjahedo, quam cum uno Abdolwahedio Alyo tribuendam esse, cujus insuper Ibn Khaldoun non hunc, sed *Icbal-addaulae* titulum commemorat; porro in illorum auctorum consensu satis inconsultum esse, ut spretâ *soceri* significatione satis certâ, aliam voci صهر adscribas, quae, quantum scio, exemplis probari non potest; ac denique, ut postremum illud, quod per se jam leve est, e medio tollam, nullum esse dubium, quin *Modjahed* proprium viri nomen fuerit: nusquam enim cum articulo scriptum legitur, quem, si titulus esset, necessario additum requireres. Quid autem de nomine illo *Edim* censendum sit, fateor mihi non prorsus constare; namque primum praeter unum istum Condei locum (et Aschbachi II. 271, quem ex hoc descriptum esse apparet), nec in hujus opere nec in alio ullo auctore Modjahedi nomini adjectum offenditur, utpote qui praeter Abouldjaischi cognomen vel simpliciter *Modjahed* vocatur, vel *Modjahed ben Abdallah*, ut Casirii I. l. II. 44 a, et Condei II. 10 vs. 2 a f. (in quo loco nimirum pro verbis: *Dieser nämliche Mugihaid erhielt von seinem Vater ben Abdala, genannt Abul Gaix* —, certo legendum est: *Dieser nämliche erhielt von seinem Vater Mugihaid ben Abdala, genannt Abul Gaix* —), vel *Modjahed ben Jousof ben Aly*, ut in Ibn Khaldouno est; de loco enim Condei, II. 53 vs. 10, hîc dicere non attinet, qui miro quodam mendo corruptus, neque aliter in integrum restitui posse videtur, nisi pro *Abu Muhamad ben Abdilbar Mugihaid* in an-

Ee

videtur corrigendum esse Modjahed eddin (مجاهد الدين, bellator religionis). Conf. Tyd. Consp. ed. 551. ... 1. 62. ... IV. 144 v. 12. Nomen مجاهد vid. Meurs. x. 133

tographo auctoris, jam ante editam hanc operis partem defuncti, scriptum fuisse putes *Abu Muhamad ben Abilgaix Mugihaid.* Deinde ipsum illud *Edim* pro nomine proprio haberi posse, neutiquam liquet: arabice enim vel أديم, vel عديم, vel عظيم exarandum est, at nullum de his aut mihi quidem tanquam tale notum est, aut alii, credo, si vel exempla ad manum habeant, non insolens esse probabunt: quare, cum, si hoc contra esset, forte opinari posses, Modjahedum Adimi cujusdam filium fuisse, itaque in Condei loco pro *Mugehid Edim* scribi debuisse *Mugehid ben Edim:* jam conjicio, non nomen proprium illud esse, sed appellationem, quâ praeter alteram *Almowaffaki* (*cui Deus fecit ut res bene cederent*) Modjahed ornatus fuerit, videlicet arabice sonantem العظيم, *Magnum.* Nec obstat huic sententiae, vel quod in Condei loco articulus deëst: nam sexcenta sunt ibidem hujus rei exempla, et in ipso illo loco *Abu Geix* pro *Abul Geix* offenditur; vel quod uni viro sic duae appellationes tribuuntur: nihil enim isto tempore, quo regnorum angustia opumque tenuitas externo splendore compensabatur, frequentius fuit (conf. unus, qui sufficit, Condei locus II. 30 med.). Solum hoc objici posset, quod istius tituli usus aliis exemplis probari nequit; et fateor equidem, id a me fieri non posse, simul autem me nescire, an hoc conjecturae probabilitatem non multum infringat, praesertim cum eâdem stirpe orta appellatio المعظّم, *quem Deus magnum fecit*, inusitata non fuerit: quâ de re quidquid statuatur, certe nemini, puto, magis placebit, arabice efferre العديم et elato igitur Modjahedo *Egeni* titulum tribuere: quanquam hujus quidem exemplum est in Kemaleddini, celebris historici, familiâ, quae ut universa بنوا العديم appellari solebat, ita ipse Kemaleddinus saepissime ab auctoribus nomine ابن العديم commemoratur; rem narrat et simul quae ejus causa esse huic ipsi videretur, Freytagius tradit in *Selectis ex Hist. Halebi*, praef. pag. 36. Verum de Ibn Khacane videbamus: hunc igitur nego verbis الموفق ابو الجيش صهر المعتضد alium quam Modjahedum significasse; at restat quaerendum, an necesse sit ut verum putaverit, quod longe absum ut pro confesso sumam. Nam cum in ipsis versibus quis appelletur solus *Abouldjaischi* titulus indicet, cumque supra jam dixerim (p. 9 ad f.), mihi videri non absolutam fidem iis habendam esse, quae de carminibus in medio ponendis Ibn Khacan solet praefari, utpote interdum ex nudâ hujus opinione vel conjecturâ, non testium auctoritate, profectis: consequens est, ut hîc praesertim, ubi manca rerum implicitarum cognitio auctorem facile potuit in errorem adducere, nostrum nobis integrum reservemus judicium. Titulus igitur ille ut a diversis scriptoribus Modjahedo tributus est, a Condeo ll. ll. I. 533, II. 10, 24 (53?), a Casirio l. l. II. 44 a, et a Nowairio (cujus locus editus cum male, ut puto, offerat بن أبي الجيش, simul sic comparatus est, ut si in similem locum Abdolwahedius inciderit, mirum videri non possit, quo pacto *Almowaffaki* appellationem non patri sed filio adscripserit): ita Alyo quidem nusquam eum assignatum reperi, nec tamen aut hoc satis valet ad rem profligandam, aut quod in Condei l. l., II. 53, idem *Abou Mohammed* nuncupatus legitur: satis enim diversa utriusque cognominis est ratio, cum hoc simpliciter a filio tractum, illud per significationem suam, *Pater exercitûs*, honoris causâ tributum esse appareat. Quare, si sumere liceat, novum Regem Modjahedum, sive jam antea, sive demum post regnum capessitum hoc titulo ornatus fuerit, sic potissimum appellari a subditis voluisse, non video a verisimilitudine omni modo recedere, ut vel ipse statuatur hoc designasse peculiare quoddam regiae suae gentis cognomen et cum imperii haerede communicasse, vel filius suo arbitrio hoc una cum paterno regno assumsisse. Quod quo etiam minus improbabile reddatur, duo animadvertenda supersunt: primum, quod, si *socer* reverâ iis versibus appellatus esset, poëta in vs. 4 forte aliâ potius voce quam خلّي, *intime amice mi*, usus fuisset; alterum, quod temporis ratione habitâ infra dispiciendum erit, an non *Aboulhazmi* cognomine, quod naturâ suâ prorsus convenire cum illo sentis, in Ibn Zeidouni carminibus posterior e Djahwaridis Rex, Aboulwalîd Mohammed, significetur, cum tamen in historicorum libris priori tantum, illius patri, id adscriptum invenias (conf. supra p. 94 in ann. 110). Esse ergo videtur, ut sic concludam, si infra appareat, de eo quod Ibn Khallican et Safadius in ll. ll. tradiderunt, addubitari non posse, hîc Abouldjaischi nomen potius ad Alyum

Voluit renovare (apud me) memoriam illius absentiae tempore, nec certo novit, me perpetuo illius recordari (160).
Remotum tenet illum locus in quo invisendus esset (161), dum habitaculum ejus est Denia: o euge bonum hujus nominis omen: utinam vera essent auguria ejus!
O intime amice mi, Abouldjaisch! an explebitur nobis desiderium occursûs, et ex conspectu tuo sanitatem recuperabit palpebra, cujus tu es pupula?
Summus conatus ejus est, ut fama sua consistat jactabunda: per Deum initium ejus et finis est gloria (162)!

Ac postquam in Almotadhedi animo occupaverat locum illum, quem occupavit, atque expeditus erat funis infortuniorum ejus et dissolutus, levata est mens ejus angoribus suis, et tenero cum sensu desideravit loca ad quae Wallada visitatum exire solebat (163); et meminit illius, nec simulavit se ejus esse oblitum; ac rediit

---

ben Modjahed, contra quam Ibn Khacani visum fuit, referendum, quam, quod unum restaret, versus eos ab Ibn Zeidouno abjudicandos esse.

(160) Non minus bene se habet lectio Cod. G., quâ receptâ vertendum est: *nec (ipse) meminit, me p. i. r.*

(161) Verbum نأى, quod in lexicis redditur: *reliquit* eum, *discessit* ab eo, a Tebrizio ad Hamas. p. 63 vs. 7 a f. explicatur verbo بعد, *distitit, longius abfuit*, quae sine dubio prima ejus significatio est; conf. supra p. 39 vs. 7 et 42 vs. 6; مَزَارٌ autem, ut proprie significat *locum visitationis*, ita apud poëtas frequens est de *loco omni, in quo quis commoratur, adeoque ab amicis suis, si qui velint, visendus est:* sic Hamas. p. 538 legitur:

(الطويل) حننتَ الى رَيَّا ونفسُكَ باعدَتْ مزارَكَ من ريّا وشَعْباكُما معا

Cum animi dolore desideras Rayam, dum ipse removisti sedem tuam a Rayâ, quo tempore tribus vestrae inter se conjunctae erant.

Conf. etiam supra locus jam laud. p. 39 vs. 7, et infra in proleg. Safadii p. MS. 9. vs. 10. — Caeterum vides, in iis quae sequuntur spectari primam significationem verbi دنا, *prope abfuit*, quae itidem 8ae ejus formae tribuitur supra p. 57 vs. 6. , in propinquo fuit (conf. p. 42 vs. 2 ✠, et 44 vs 8)

(162) Iterum iterumque de hujus versûs sententiâ cogitans, mihi agnoscere visus sum, in utroque codice mendum esse, ac pro ماجدًا necessario restituendum ماجدٌ: quâ conjecturâ probatâ facillimus ille sensus se offert, quem jam vertendo expressi: patet enim poëtam praedicare gloriam, quae cum omnibus Abouldjaischi factis a primâ inde juventute ejus ad recentissimum usque tempus conjuncta esset.

(163) Quo auctoris verba et liberior nostra translatio hîc inter se concilientur, tenendum est voces صَفَا et حَجُون nomina esse duorum montium vel collium Meccanorum, quorum ille inprimis est celeber, utpote quem omnes, qui ad sacra celebranda in eam urbem profecti sunt, postquam septies circumierunt Cabam, statim visitare oportet, et septies quoque cursum inter hunc collem et Marwam repetere; conf. itinerarii, ab Hispano (Don Domingo Badia) ficto nomine *Ali Bey el Abassi* editi, T. II. p. 52, 53 et 90 (edit. Angl., Lond. 1816; translationis autem Germ., Weimar 1816, T. II. p. 203, 204 et 259). Ibn Khacan ergo, quo est tumido sermone, hîc *Safam et Hadjounum Walladae* eos dicit colles vel universe ea loca, quae ab hac

* conf. Grang. Anth. 52:7. [illegible] Abulfedae Hist. Anteisl. p. 192 med. [illegible]

ad illum dolor amoris sui et reliquum hunc servavit (164), et tali erga illam desiderio affectus fuit, quali affectus est is quem interpositus obex separat ab eo cujus cupidine fertur (165), et contentum se habuit (si tantum liceret (166)) salutationem mittere, quae ad illam veniret et pertingeret: unde sic fatus est, amatorio carmine de eâ canens ac simul laudans Almotadhedum:

Nonne (olim) in leni flatu venti odor erat nobis, qui certiores (nos) reddebat (167),
an in vallis recessu locus esset, ubi staret (nos operiens) puella eburneâ armillâ ornata,

p. 35. Ut explere possemus desideria cupidinum per visitationem, unde alacre studium ad nos redundabat in rebus ad quas laborem impendebamus (168)?

Spondendo nobis recepimus, fore ut illa (a nobis) visitaretur; at intercedunt quominus ad eam perveniri possit dorcades tenues et hasta Samharica recta (169),

Et turba, ex quorum vultibus hostes apparent (170), dum qui maxime horum (vultuum) serenitate nitet, luridior est (ipsis) malevolentiae tenebris,

(Turba, inquam,) qui gratum haberent, si flecteret absentia constantiam nostram;

---

pacto tempore ad amantem conveniendum visitari solerent; conf. carminis, quod sequitur, vs. 1, 2, 10 seqq. Sentis vero, magnificâ istâ figurâ simul ab auctore expressam esse religiosam venerationem, quâ ea loca et omnino amicam suam Ibn Zeidoun olim coluisset et nunc quoque absens prosequeretur, et vim dictionis igitur plane eandem esse atque illius, quam supra, p. 64 in ann. 10, explicuimus.

(164) Voce وأساها contineri puto formam 4am verbi أسى, quae eandem atque أبقى vim habere legitur; si cui vero hoc non placeat, pronuntiet وأساها, et, cum nomen أسى *tristitiam* significet, sic vertat: *et rediit a. i. d. a. s. et tristitia cum hoc conjuncta.*

(165) Dictio حيل بينه وبين شىء pp. significat: *intercessum est inter illum et rem aliquam;* conf. Hamakeri annot. ad *Wakid.* p. 175.

(166) Patet auctorem spectasse carminis versum 6um, et his igitur verbis non aliam subjecisse sententiam quam nos expressimus; hanc autem alio modo sic efferres: *nec quo contentus esset majus quid optavit quam ut liceret* caet.

cf. tamen supra locum in p. 6 ann. 173. (167) Cum verbum عرف non cum ل pers., sed cum accusat. construatur, necesse fuit ut illud لنا ad suppressum verbum كان referretur.

(168) Quintam formam تكلف cum accusat. rei construi, quod in lexicis non traditur, arguunt loci Hamas. p. 23 vs. 2 a f. et 24 vs. 5, et Bidp. edit. Sac. p. 82 vs. 7 et 121 vs. 4 a f.

(169) Hasta *Samharica* unde sic dicatur, satis notum est. Poëta autem fieri non posse significans, ut ad Walladam accederet, figurate duas sibi res obstare dicit, quae prae reliquis aditum ad loca praecludunt, videlicet vastos arenarum cumulos, quales incolere dorcades solent, et praesidium manûs armatae.

(170) Hoc est: *quorum vultus hostilem animum produnt.* In alterâ autem versûs parte satis notabile est formis أزهر et أكلف comparativum et superlativum exprimi; conf. scholion adscriptum.

Ewaldi Gr. 1. 388.

at longe hoc abest: ventus desiderii vehementius spirat quam ut tale quid locum obtineat (171).

Vicem nobis expleret (denegatae) conjunctionis (si modo liceret) salutem (ei) dicere raptim, quâ acceptâ (ab ejus parte nobis) annueret oculus aut digiti extremitas tincta colore (172).

Sane vero me dementem reddit fulgur (in coelo conspectum), ob amorem quo feror in fulgur rictûs (Walladae), quod si apparet prope abest ut visûs aciem praestringat (173);

Nec cupidus sum vini, nisi quod (hoc bibens) mihi percipere videor recentem odorem, qui (dentibus) ejus idem est ac vino, cum extremis sorbendo labiis hauritur (174).

---

(171) Ut vocem زماع *constantiam* redderem, inprimis quidem ratio loci effecit, non tamen repugnante lexicorum auctoritate: ne enim de potestate dicam, quam in his 4ae formae verbi زمع hujusque participio مزمع tributam vides, in Camouso sic explicatur زميع : السريع والشجاع يزمع بالامر ثم لا ينثنى, *vir promtus et strenuus qui rem apud animum constituit et dein non mutat consilium*, et ipsa vox زماع his verbis: المضاء فى الامور والعزوم عليها, *acrimonia in rebus gerendis et certo animi proposito in eas incumbere.* — Ne autem quis putet, me vocem هيهات male vertisse, cum Sacyus in Gr. Ar. I. 388 N. 874, non minus quam nostrorum lexicorum auctores, ei *optativam* potestatem tribuat, velim ejusdem summi viri annotationem conferat, quae in *Journ. des Sav.* 1827 p. 340 offenditur: » J'ai dit que cette expression avoit la » valeur d'un optatif; mais ce n'est pas, je crois, l'opinion des lexicographes et des grammairiens arabes, et » je pense qu'à cet égard je me suis trompé." — Denique lexicis etiam addenda est forma comparat. أعصف.

(172) Animadvertendus est hic usus formae مطرّف, cujus in lexicis mentio non facta est.

(173) Per loci rationem jam non dubium est, quin haec significatio tribuenda sit simplici verbo خطف, ut de part. خاطف in lexicis quidem notatum est et probat locus Harir. edit. Sac. p. 156 vs. 1. Quod vero in scholio legitur, sic vertendum est: *Significat poëta, dementem ipsum reddere micantem fulguris motum, et in animum ipsi inducere, hunc esse motum micantem rictûs puellae quo tempore subridet; voluit autem comparando aequare rictum ejus cum fulgure, at notionem invertit* (h. e. *non comparat rictum cum fulgure, sed huic ipsi fulgur tribuit*), *et sic modum excessit in dicendi ratione insolitâ.*

(174) Versus Motanabbii, ad quorum exemplar scholii auctor hunc expressum esse monet, sic vertendi videntur:

Nec quod guttur meum aquâ praefocatur, aliunde oritur quam e recordatione aquae, ad quam familia amici degunt,

Quam (ab aliorum accessu) prohibent hastae supra eam rutilantes, ita ut sitienti ad eam pervenire non detur.

In his animadvertenda est forma نزول, ut plur. τοῦ نازل, cujus duo etiam exempla exstant 2 Sam. 11 : 11. [Pertinent isti versiculi ad carmen aliquod Motanabbii, quod cecinit mense Djomada posteriore A. 342, cum de Saifoddaulae absentia quereretur, primum in Diar Modhar, deinceps contra Graecos in Ciliciam profecti,

p. 36. Solentque mihi in memoriam revocare monile colli (ejus), cujus sonabant margaritae, gementes columbae, quae in verticibus densae sylvae voces suas edunt.

Quot noctibus, quibus pervenimus ad collem arenaceum pacto quodam tempore, nocturno itinere serpentis, cujus nocturnum iter nullus in quo repit locus prodit (175),

Vacillans illa accedebat (176), languido gressu, corde trementi, sicut terretur dorcas desertorum, quae ex altis collibus solet prospicere.

O possem te vitâ meâ redimere! quo tu cunque visitatum venis, lumen tuum (te) prodit, et aroma tuum est index (incessûs tui), et mundus tuus (de eodem) rumorem spargit (177):

---

qua occasione Constantinus Domestici filius in pugna captus, ipse Domesticus in facie vulneratus est. Haec discimus cum ex prolegomenis in hanc Kasidam, quae in antiquo, sed lacunoso Codice 25, Mauritanicis literis scripto et scholiis carente, leguntur, tum ex Hammeri versione p. 260 sq., ubi vir doctus non majorem rationem habens metri quam sensus verborum, pronuntiat شَرْقِى et sic reddit priorem versiculum:

» Ich trinke östlich an des Wassers Fluthen,
» Aus jedem Bach, an dem die Freunde ruhten."

Veram explicationem ex Wahidaeo discere potuisset, cujus haec inter alia verba sunt: والمعنى انى كلما شربت الماء شرقت به لانى اذكر ذلك الماء الذى هم نزول به فلا يسوغ الىّ الماء. Lectio versuum nec in Cod. 25 discrepat, nec in Cod. 542, in quo caeteroquin Wahidaei commentariis ornato, et hic et alibi ea carminum argumenta desidero, quae apud Hammerum et in Cod. 25 leguntur. Cod. 126 perantiquus et scholia habens ad hoc usque carmen non progreditur. H.]

(175) In textu hic male expressum est يعلم: verborum translatio satis docet, me pronuntiasse يُعْلَمْ. Nec opus est ut iterum hic moneam, in voce الايم articulum لِلْجِنْس esse additum, et ideo omitti potuisse الذى; conf. supra p. 93 in ann. 104.

(176) Legendum putavi in aöristo 6ae formae تَهادَى, pro تَتَهادَى; quominus enim in 3â formâ pronunties تُهادِى obstat significatio, huic propria, *incedendi cum alio*, quam loci rationi non convenire vides. Si quis autem hic praeteritum requiri putet, necesse est ut pro تهادى substituat تهادَتْ. Caeterum mulieres Orientales, ingenuas dico et nobili loco natas, partim vita sua a publicâ luce secreta, partim pedum, a teneris inde arctius ligatorum, et reliqui corporis ratio ad longiorem cursum vulgo ineptas reddit.

(177) Poëta in hoc versu et in sequentibus, prorsus ex Orientalium more, amatae puellae laudes celebrat: cum enimi in mulieribus serenam nitidamque faciem, auram fragrantem, et splendidum ornatum pro insignibus formae partibus habeant, has in Walladâ ita conspici dicit, ut quocunque ea visitatum incederet, non posset unquam incognita transire, sed e longinquo jam istis indiciis a quovis agnosceretur. Quod ad *luminis* laudem attinet, dignus est qui conferatur ex Imraölkaisi *Moällacâ* vs. 39 (edit. Lette p 66):

(الطويل) تُضىء الظلام بالعشاء كانّها مَنارة مُمْسَى راهب متبتّل

Fac vero te noctu in devia aberrare: delator tuus (tum quidem) dormit, et coma tua admodum nigra est et nox tua atra:

At quomodo posses iter facere: nam medium corpus tuum gracile est, et nates tuae prae obesitate tremulae, et statura tua tenuis ventre et lateribus (178)?

Et ex eodem carmine sunt hi versus (179):

Nec ante eam, quam amo, lunam plenam (unquam) occultavit pilentum, nec continuit dorcadem deserti aulaeum demissum (180):

Illuminat (illa) vespere tenebras, acsi esset lucerna cellae vespertinae Monachi, qui mundo relicto se Deo consecrat.

(178) Duobus his versibus, quos ita inter se cohaerere, ut in translatione expressi, non dubito, Walladae laudes sic poëta persequitur, ut eleganti quodam orationis artificio pulcherrimas quasque in eâ dotes percenseat, nec tamen deditâ operâ easdem praedicare videatur. Cum enim dixisset, eam quoties ad quempiam visendum exiret, suâ ipsam formâ prodi, jam, *Fac vero*, inquit, *tibi eodem consilio noctu aliquando profectae accidere, ut a viâ aberrans in locorum ambages devenires: verum quidem est, tum eos dormire a quibus agnosci nolles, suspiciones et calumnias verita; concedo etiam, comam tuam adeo nigram plexosque cincinnos tuos adeo atros esse, ut nocturnas tenebras aequent et cum ipsis confunderentur: at quomodo tamen itineris molestiam perpeti et longiorem cursum sustinere posses: nam* caet. Vides, me voce ليل hic figurate dici putare *cincinnos plexos*, qui ab utrâque parte frontem et faciem mulierum Orientalium tegere, et ad collum humerosque pertinere solent; nec enim frequens tantum est in Arabum poëtis, ut *puellarum crines* (ob nigrum colorem, qui in maximâ laude habetur) *nocti assimilent* (conf. Jonesii *Poës. Asiat. Comment.*, edit. Angl. p. 177), sed *ipsam* et virorum et mulierum *comam* eâ de causâ *noctem* dici, arguunt loci Harir. edit. Sac. p. 26 vs. 5 et vs. 9 (edit. Schult. I. p. 108 et 112), collatis ad utrumque scholiis. Jam *coma* quidem universe hic per antecedentem vocem فرع significari non potuit, et satis igitur probabile visum fuit, uti saepe de *comâ* et de *cincinnis* puellarum separatim poëtae dicunt, ita hic eo nomine hos specialiter exprimi. Cui hoc non placeat, alia explicandi ratio patebit: nimirum in priore Haririi loco Schultensius (p. 107) voce ليل non *comam* significari putat, sed *nigrum faciei velum*, Scholiastae, cujus verba citat, auctoritate fretus. Qui si hoc non nudâ conjecturâ dixerit (nam in illum certe locum ea notio multo minus quam altera convenit), aliquâ cum veri specie putare posses, Ibn Zeidounum quoque nigrum Walladae velum spectasse. — Ad posteriorem versum quod attinet, figura muliebris tanto perfectior Orientalibus videtur, quanto medium corpus longius et gracilius, nates autem et femora crassiora et pinguiora sunt. Quo de uno et altero magis constet, etiam hic conf. Imraölkaisi *Moällacae* vs. 30, 31, 34—36, et duo versus supra editi p. 40 vs. 6 et in scholio vs. 5 a f. — Nec inutile erit, de verâ vi verbi عسف conferre Pocockii annot. ad Thograï carm. vs. 19 p. 91.

(179) Ex verbis, quae in I. Nab. S. his versibus praemissa sunt (vide quae in annot. criticâ dixi p. 35), efficeres, primum non minus quam sequentes versari in laudibus Motadhedi; et ille tamen nullo pacto ad hunc potest, sed debet ad Walladam referri, ac patet, voluisse poëtam eorum laudes ita inter se conjungere, ut utrique in suo genere tantam adscriberet praestantiam, quanta nec Regi ante Motadhedum ulli, nec ulli ante Walladam feminae fuisset.

(180) Imagine *lunae plenae* et *dorcadis* consummata pulchritudo et elegantia morumque suavitas exprimitur: his igitur formae et animi virtutibus cum *nullam* unquam mulierem plene perfecteque ante Walladam instructam fuisse poëta significet, dictione tamen utitur, quae proprie solas Arabes campestres, non universum foemineum genus complectitur: illas enim, cum iter faciunt, in pilentis tectis, cum domi sunt, in gynaeconi-

Nec ante Abbadum mare (unquam) complexa est sedes, nec tulerunt ingentem montis molem stragula (181).

Ille est rex liberalis, in cujus umbris repelluntur vicissitudines infortuniorum et avertuntur (182).

---

tide, non nisi velo ab eâ tentorii parte, quam viri occupant, separatâ sedere, satis notum est. Quod autem ad verbum طوى attinet, vis ei tributa *occultandi* (quae ut a propriâ significatione, rem *complicandi*, facile ducitur, ita huic loco prorsus convenit) satis probatur collato Pocock. Spec. II. A. p. 263 vs. 5 (2ae edit. p. 259 med.): quare nolui hîc ex I. Nab. Codd. idem edere verbum, quod in proximo versu sequitur. — In scholio, ad h. l. adscripto, ut palam quidem est, nomine الصّحاح citari opus Djauharii (cujus sunt tria, quae sequuntur, verba), et ultimis significari, non in usu esse primam formam سخف: ita animadvertenda tamen est dictio بالتضعيف, quâ nihil aliud hîc exprimitur, quam exprimi vulgo solet τῷ بالتخفيف, opp. τῷ بالتشديد. Alio quodam sensu idem تضعيف offenditur in Tebrizii comm. ad Hamas., p. 38 vs. 12 a f., ubi nimirum significat *formam aliquam privare teschdido, ac literam, quam illud duplicaverat, in duas literas resolvere*, e. gr. si, ut in illo est loco, لم يتحلل pro لم يتحلّ dicitur.

(181) Vocem مجلس non tantum *locum consessûs*, sed etiam *sedem* significare, manifesto arguit versus supra editus p. 49 vs. 1: unde, quamvis illa quoque notio ab hoc loco non prorsus aliena foret, hanc tamen exprimere malui ob sequentem vocem زرف. *Maris* autem nomine liberalitas et nobile Motadhedi ingenium praedicatur: quae quidem figura adeo frequens est, ut ipsum بحر in lexicis explicetur *vir eximius et liberalis*, ac voces خضم, خضرم, et غطم utrumque, et *vastum mare*, et *virum munificum*, designent; conf. etiam supra p. 57 vs. 8. In posteriore hemistichio ejusdem gravitatem majestatemque spectari, non minus certum est, cum *montis* nomine Arabes quidquid in suo genere magnum elatumque est significent; conf. Willmet. lex. in v. جبل. — [Vix dubito quin verbis istis حوى البحر مجلس ex ambiguo ludat, respiciens ad illum بحر المجلس, sive lacum hydrargyro plenum, ab Abdorrahmano III. Zehrae exstructum (Khomarouyae Toulounidae exemplo; vid. Quatremere *Mém. sur l'Égypte* T. II. p. 465), cujus supra mentionem fecimus p. 78. Sententia est: alii principes suum consessum exornarunt lacu (بحر), at ante te nemo fuit qui propter munificentiam ipse mare (بحر) appellari meruerit, et sic praecipuo consessui suo ornamento esset. Alius lusus forte exstat paullo inferius in vs. وفى الروض من تلك الطلاقة زخرف. Cum sententia loci haec sit, ut principis acumen cum acie gladii, hilaritas cum ejusdem splendentis et bene politi nitore comparetur, quid horti mentio huc faciat non video. Si rem bene capio, comparationem, quam vs. superiore adumbraverat, hic explicat distinctius, ita ut priore hemistichio: *super gladio ex hoc illus acumine est nota excellentiae* de acie, hic de lamina (صفح) agat, floribus aliisque ornamentis, ut Orientalium mos est, picta et distincta, quam ea de caussa ex ambiguo *hortum* vocat. Hoc praestat, quam quod antea conjeceram, رونق legere, quo admisso elegantia loci aliquantum minueretur. Fateor me روض isto sensu nusquam reperisse, at quominus hic de vero horto cogitemus ratio loci prohibet. In priore hemistichio lectio مبسم multum habet, quo se commendet; ut locus decet Pseudo-Wakidaei a me editi p. 12 vs. 3 f. *gladium vibra donec splendeat* وتتبسم مضاربه *et subrideat acies ejus*, i. e. *in solis luce fulgeat.* H.]

(182) Hoc est: *cujus qui praesidio fruitur, nulli amplius malo obnoxius est.*

الصّحاح الصَّحاح
supro nostro exemplo
جعثم
Conf. supra Abbad. p. 127 vs. 8.

Consideratio ejus ad decernendum de re novâ et arduâ unus est oculi nictus, et decretum ejus, quod absterget tenebras rei, sunt paucae literae.

Hilaritas vultûs (in illo conjuncta est) cum animi acrimoniâ, prorsus uti splendet nitor ensis dum acies est tenuis et acuta: p. 57.

Super gladio ex illâ (ejus) acrimoniâ est excellentiae nota, et in horto ex illâ hilaritate multiplex plantarum ornatus (183).

Opinantur hostes, tuam animi firmitatem dormire: scilicet nonnunquam promissa facis stulto qui perspicacitatis est expers, sed deinde fidem fallis (184).

Atque (hoc ipso die), postquam illud perfecimus, quod curae nobis fuit praestare, dum omnes illud fieri quod te contentum reddat jubent, imo cogunt,

Vidimus te stantem in edito loco Mosallae, ac videbamur nobis videre Josephum eminentem e Mihrabo Davidis (185).

---

(183) Scholii auctor, bene dicens, verborum sensum eo revocandum esse, ut animi acrimonia, in Motadhedo conspicua, cum excellente ensis acie, et ejusdem hilaritas cum ridente horti amoenitate comparetur, addit in fine: *at prodire eam* (comparationem poëta) *fecit in insolitum illud theatrum* (مُقْتَضَبَة), h. e. *extulit eam ratione illâ non vulgari.* Et certe ordinarius *comparandi* modus is dici non potest, nec tamen ejusdem dicendi generis in Arabum carminibus exempla desunt: in ipsis quos jam edidi versibus unum luculentissimum prostat, supra p. 58 vs. 2, quo adhibito loco simul vocis مبسم sensus illustratur. Conferat vero lector quae de hoc versu jam in annot. 181 Praeceptor dilectissimus monuit.

(184) Hoc est: *nonnunquam te consulto ita geris, ut qui tenui captu nec callidus est, a bello te alienum et in otium desidiamque pronum putet: quo ipso cum hostem decepisti, incautum imparatumque rem secus esse doces.* Cum autem, scholii auctoritate inductus, in textu ediderim الفَسْل, *virum pravum, ignobilem*, jam vides me non hoc, sed الفِسْل, *stultum*, vertendo expressisse; quod nescio an nemo per loci rationem improbaturus sit.

(185) Si constaret, in ipso carmine, ut ab auctore est compositum, hos duos versus statim antecedentes excepisse, nexus quo inter se continerentur, non quidem plane non agnosci posset: nam cum hoc inprimis in Motadhedo laudasset poëta, quod una cum insigni acrimoniâ maximam prae se ferret hilaritatem, jam faceto quodam orationis flexu eandem fere laudem eum persequi putares, dicentem, eo ipso die sibi utriusque dotis conjunctionem mirum quantum in oculos incurrisse: cum enim ipse in Mosallâ praesens, Regem vidisset in Antistitis loco stantem et populo preces praeëuntem, menti suae cogitationem obortam fuisse, se videre Josephum, splendidissimo virum nitore ac pulchritudine, eminentem e Mihrabo Davidis, viri inprimis fortissimi. Cum tamen, si hunc ipsum sententiarum transitum poëta voluisset, non sine magno perspicuitatis damno versum يظن الاعادى البيت interposuisse videretur, et satis etiam obscure extulisse priorem ex his versibus ولما قضينا البيت; cumque porro certum sit (conf. annot. critica u in p. 34), pluribus quam Ibn Khacan tradidit versibus hoc carmen constitisse: equidem non dubito, hos duos aliquot antecessisse, ab Ibn Khacane omissos, quos si in medio positos haberemus, et in universum de loci nexu melius judicare, et prioris versûs sententiam facilius assequi possemus: uti enim patet, in hoc officium spectari, quod poëta, summus ipse imperii Minister, probante et hortante populo, ex Regis mandato, vel in hujus certe gratiam, praesti-

tisset: ita quale illud fuerit, jam sane nemo certius definiat, nec vel conjecturâ factâ cum aliquâ ratione suspicetur. Quanquam hoc quidem videtur sumi posse, fuisse illud cum istius diei solennitate conjunctum, et in procurandâ splendidiore festi celebratione quo tandem cunque modo versatum: *festum* enim diem illum fuisse et Safadius in horum versuum inscriptione (conf. annot. laud.) tradidit, et ipsa *Mosallae* facta mentio probat. Nam voce مُصَلًّى, licet proprie omnem *precandi locum* exprimat, usu tamen ejusmodi tantum locus significatur, ad quem, in aperto campo adornatum et muro quidem cinctum at tecto carentem, Moslemi vel ad orandum pro mortuis, vel festis diebus ad preces publicas solenniter fundendas convenire solent; conf. quod de *Mossalah* breviter dixit Herbelot., et praesertim Sacyi annotatio in Chrest. *Arab.* (2ae edit.) T. I. p. 191 in f. et seqq., ubi qui ex Niebuhrii itinerario citati sunt loci, in edit. Germ. (Kopenh. 1774) offenduntur T. I. p. 354 et T. II. p. 167. Quid vero poëta nomine اعلى المصلى dixerit, sola loci ratio satis indicare videtur: cum enim in alterâ versûs parte huic opponatur محراب داود, voce *Mihrab* autem significetur aedicula illa in Templorum pariete Meccam versus exstructa, in quâ Imamus stare solet dum preces publicas praeit: consequens est, ut illo etiam nomine hîc locum dici putes eidem usui destinatum, itaque conjicias, in Mosallâ illâ Hispalensi Meccam versus tumulum fuisse vel locum reliquâ terrâ paullo editiorem, qui Antistiti pro Mihrabo fuerit. Quod vero ad *Mihrabum Davidis* attinct, hoc nomine celebratur locus, qui pars est templi Moslemorum Hierosolymitani: in itinerario, quod supra jam in annot. 163 laudavi, sequentia de eo occurrunt (ed. Angl. II. 222), quae ex translatione Germ. (II. 404, 5) hîc describam: „Drei „oder vier Schritte auszerhalb des Sahhara-gebäudes gegen Osten, dem Portal Beb Davoud (باب داود) gegen„über, steht ein sehr schönes Oratorium (مصلى): diesz ist ein eilfeckiges, auf eilf antiken Säulen ruhen„des Dach. Die Säulen sind von der kostbarsten Marmorgattung, deren Hauptmasse grauröthlich aussieht. „Im Mittelpunkte des Oratoriums ist eine, auf sechs im Kreise umherstehenden, den vorigen ganz gleichen „Säulen ruhende Kuppel. Ich halte diese und die Säulen im Sahhara für Ueberbleibsel des alten Salomo„nischen Tempels. In dem Oratorium ist zwischen zwei Säulen eine Nische (محراب) angebracht, wo man „das Gebet verrichtet. Diese Stelle wird für ganz besonders heilig gehalten, denn die Tradition sagt uns, „dasz daselbst el Mekkeme Davoud (محكمة داود), oder Davids Richterstuhl gestanden sey." Haec ille, quibus poëtae quidem verba satis illustrari videntur; sunt autem haec inprimis ideo animadvertenda, quod, si illud اعلى المصلى rite explicui (et scholii certe auctorem de summâ re consentire, ultima ejus verba probant), aperte ex iis apparet, Regulorum Hispalensium familiam omni ex parte sibi Khalifatûs jura arrogasse: praeter Khalifas enim eorumque in rebus quae ad religionem pertinerent vicarios, Imamos dico, nemini licebat populo preces praeire; conf. vero etiam cum hoc loco versus, qui pag. 39 vs. 2 est editus. Jam restat ut de scholio videamus, quod sic vertendum puto: *Quod attinet ad verba* كأنما تقطع, *haec universa propositio locum tenet statûs adverbiascentis per vim praefixae literae Caf: atque eâ in re similis ei est propositio* كأنّ عليها سندسا *ex alius poëtae versu:*

Ac sanavi eam adeo ut (ipsâ) hieme degat ut mulier Abyssinia (h. e. *paene nuda*), *nec tamen aliter se habere videatur, quam si chlamyde attalicâ induta esset et superinjecto amiculo.*

Dicit ille qui commentario illustravit versus in libro الأدب *occurrentes: Duplex est ratio vim hujus statûs adverbiascentis definiendi: si enim ita videtur, vis est:* dum similitudine refert talem, quae chlamyde et amiculo induta est; *sin vero secus placet, vis est:* dum putatur induta esse chlamyde et amiculo; *quoniam cum voce* كأنّ, *si enuntiatum ejus exprimitur adverbiis temporis et loci aut verbis aut nominibus ductis a verbis, conjuncta venit significatio* putandi *et* opinandi. *Hactenus ille, cui salus sit. Vis igitur sententiae hoc loco vel sic definiri potest:* (Vidimus te) similitudine referentem Josephum, *vel ita:* dum putabatur is qui eminebat de Mihrabo, esse Josephus eminens de Mihrabo Davidis. — Verbis شارح أبيات الأدب significatur grammaticus aliquis, qui solos versus, in Ibn Kotaibae libro أدب الكاتب, *Institutio scribae*,

conf. Hist. et Syn. III. 245 ...

laudatos commentario illustraverit, quam in rem fuisse revera qui operam suam impenderint, in his Ahmedem ben Mohammed Alkhazanium, Praeceptor in *Specim. Catal.* p. 239, auctore Hadji Khalifâ, retulit. Caeterum in hoc scholio animadvertendus est usus formae حساب, quem reliqui lexicorum auctores non commemorant, Freytagius autem pro malo et illicito habendum esse significat.

Conf. Burckh. Proverbs N. 88.

[Mihrab Daoud, cujus in vs. Ibn Zeidouni h. l. mentio est, ubinam quaerendum sit, inter scriptores controversia est. Nam sunt qui existiment, illud non differre a turri Davidis, quae ab occidentali urbis parte, a septentrione Sionis sita, moenia tuetur. Vide ll. ll. a Lemmingio in proll. ad comment. de Ben Abu Scherifo p. IX n. c., quibus adde Phocam in *descr. loc. T. S.* in Allatii *Symmictis* T. I. p. 21, et Anonymum *de locis Hierosol.* ibid. p. 83, quorum ille eam collocat in septentrionali urbis parte, hic ab austro templi resurrectionis: quae testimonia non magis in concordiam redigi possunt cum reliquis, quam illud Willebr. ab Oldenborg, ibid. p. 146 narrantis, antea turrim Davidis in muro, suo tempore (A. 1211) intra civitatem fuisse. Eutychium vero non intelligo, qui T. I. p. 354, Graecos Hierosolymorum incolas aedificasse ait turrim على باب الهيكل الذى يقال له البيا, eandemque turrim dicit suo tempore fuisse in muro urbis et appellari Mihrab Daoud. Reprehendit hoc merito Lemmingius l. l., sed non magis videtur sensisse quam interpres Eutychii Pocockius, البيا non referendum esse ad الباب, sed ad الهيكل, et hoc nomine *pulcrae* designari templum Veneris, quod stetit eodem loco, ubi nunc templum S. Sepulcri. Jam turrim Davidis, ubi rex in cineribus consedisse et psalterium composuisse ferebatur, ab Arabibus quoque nonnullis fuisse appellatam Mihrab Daoud, Pseudo-Wakidaeus ostendit in فتوح الشام p. 186, narrans Mohalbelum ben Zeid al Khail, unum ex Emiris qui sub Omari auspiciis Hierosolymas obsederunt, castra posuisse تجاه محراب داود (inter occid. et septentr.) مما يلى طريق الرملة. Plerique tamen illud collocant in ipso templo al Acsa. Situm loci sic describit ocularis testis Olimius in كتاب الانس الجليل بتاريخ القدس والخليل, MS. 82: من المسجد فى صحن الجامع وبظاهر جهة الشرق فى سور القبلى محراب كبير وهو مشهور عند الناس انه محراب داود عليه السلام وهو بالقرب من مهد عيسى. Confirmare videntur ista relationem Ali Beyi; etsi is in insigne vitium inciderit. Nam de باب داود templi al Acsa loquitur, quae nulla est, ut ex portarum recensione apud Olimium constat. At corruptum hoc videtur ex nomine باب الدوادارية, quae una est ex portis templi borealibus, atque adeo adversa Mihrabo isti posito in السور القبلى, quem situm τῷ باب داود tribuit Ali Beyus. Habet haec porta nomen a vicino collegio condito ab Emiro Almeddino Sandjar ad-Dewadari A. 695. Sed redeamus ad Olimium, qui alio libri sui loco prorsus diversam de Mihrabo Daoud prodit sententiam, illudque ponit خارج المسجد الاقصى فى حصن عند باب المدينة وهو القلعة وكان الوالى يقيم بهذا الحصن ويعرف هذا الباب قديما بباب المحراب والآن بباب الخليل (porta Hebronis). وكان موضع هذه القلعة دار داود عم Olimius ista scribens ante oculos habuit Emadoddinum Ispahanensem in كتاب الفتح القسى فى الفتح القدسى, MS. 726, p. 103, qui in multis verbotenus ipsi respondet. Memoravit utramque sententiam Schehabeddin Aboul Abbas Ahmed al Menhadji al Osyouthi, qui Hierosolymas invisit A. 874, in كتاب اتحاف الاخصّاء بفضايل المسجد الاقصى, MS. 1032, et tertiam addit, nempe esse magnum Mihrab juxta Mimbar sive suggestum templi. Is frustra illas opiniones conciliare conatur. Ego sic statuo: Varia loca fuerunt in urbe, celebrata tamquam مساجد داود, ubi rex preces fudisset, vel sacra fecisset. Hinc Graecorum dux, ut Ben Abou Scherif l. l. p. 11 (54 v.) et Olimius tradunt, Omarum مسجد داود quaerentem primum, nescio quam ob caussam, in templum S. Sepulcri, deinde in Sionem, quod ibi Davides habitasset, postremo in Moriam deduxit, nempe quod rex ibi, quo loco Angelus pestifer substiterat, sacris factis Deum adorasset. Sed ab initio tota illa area appellata est

p. 38. Et postquam adfuimus cum venia (ad te intrandi) data est (186), dum mala fortuna est famula, quae signo a te dato transit, fatali rerum ordine converso,

Accessimus et exosculati sumus rorem (munificentiae) tuum in manu, quâ gravem et magno corpore (heroem) exitio tradis, et (miseris) quae passi sunt damna restituis (187).

Tibi bene sit! quomodo mihi in agendis tibi gratiis via foret (188), et quî persolverem debitum ejus quod tu (mihi) commodas?

مسجد داود, ubi vetus templum steterat. Constat enim ex narratione Olimii, Arabes ambigua vocis مسجد significatione deceptos templi fundamenta a Davide jacta putasse et partem substructionis perfectam. At distinctus locus in templo al Acsa cognitus nomine محراب داود, ut puto, nullus erat ante restituta post captas a Salahoddino Hierosolymas sacra Moslemica. Constat hoc primum ex Willermo Tyrio, L. VIII. c. 3. p. 748, qui dicit in Templo intra primum columnarum ordinem esse rupem paullo eminentiorem, cum subjecta ex eodem saxo spelunca, supra quam sedisse Angelus dicitur, quem locum refert ante captam a Francis urbem nudum fuisse et quinto decimo demum post anno albo marmore fuisse coöpertum, altari et choro superstructo ad officia divina celebranda. Hoc deinceps imitati esse videntur Moslemi et locum محراب داود appellasse. Qui si antea illis sacer fuisset, mireris admodum, nec Emadoddinum Ispahanensem Salahoddini aulicum, nec Kazwinensem, qui suum آثار البلاد, teste Hadji Khalifa d'Ohssoniano, anno absolvit 634, secundum alia exempla A. 674, in descriptione templi al Acsa ullam illius Mihrabi mentionem fecisse, cum singula sacraria accurate enumerent. Ex his igitur efficimus, Ibn Zeidouno nullum aliud محراب داود notum fuisse praeter turrim illam Davidicam.

Haec de Mihrabo Davidis observatione digna reperimus. Quod ad scholion attinet, versus ibi citatus ex Ibn Kotaibae opere exstat in capite illius libri, MS. 535, quod de varietate scriptionis nonnullorum nominum pp. agit, et inter alia de orthographia nominis سلدوس, quod Schaibanenses سَلدوس efferunt, Tayenses سُلدوس. Posterius Asmaeus nomen virile esse putat, prius *amiculum* (طيلسان) significare. Alii contrariam sententiam sequuntur; Asmaeo vero adstipulatur Abou Obeidah, vel Bostan ben Amer, vel potius Mâmer (معمر, ut Ibn Kotaiba existimat), auctor illius versiculi quem affert Scholiasta. Pro داويتها ibi exstat داريتها *blande et benigne eam habui*, nempe, ut conjicio, *domi meae in gynaeceo*, quod alteri lectioni praeferendum arbitror. H.]

(186) In textu Arabico hujus versûs pro الأذن exarandum fuit الأذْن; apparet vero poëtam, quo eximias Motadhedi virtutes celebrare pergeret, in ejusdem illius diei descriptione versari, et jam quidem dicere de tempore quo Rex sui adeundi copiam subditis fecisset; quod autem in interpositâ illâ sententiâ malae fortunae personam famulae tribuit, quam Motadhedus, signo dato a praesentiâ suâ arcere soleret, manifesto hunc habet sensum, ut liberalitas illius et summa benevolentia praedicetur, quippe ad quem si miser aliquis introiret, statim e malis exemtus et in pristinam fortunam, invitis velut fatis, restitutus esset.

(187) Vides, hic rursus faceto quodam artificio inter se conjungi Regis fortitudinis et munificentiae laudem; uti autem patet, me pronuntiasse الهِلال, ita quartae formae أخلف eam vim assignavi, quam subjectam ei esse in dictione (vel عليك) أخلف الله لك lexica docent, inprimis Freytagii.

(188) Vox نَهجة in lexicis vertitur: *via per clivum montis*, hic vero simpliciter *viae* notionem, et figu-

Tu nigredinem sortis meae restituisti in candorem (189), quem qui ex adverso contemplatur invidi oculus, (per hunc conspectum) laesus lacrymat:

Ac nisi tu (rem meam curasses), per malevolam fortunam nullum (mihi) molle foret latus, nec obsequenti quicquam indole se (mihi) submitteret, neque animo quicquam propitio (mihi) se facile praeberet (190).

Conf. annot. 262. et inpr. in Tydl. Consp. p. 70, 176 ann. 3c

---

ratam quidem illam, quae etiam vocibus طريق et سبيل propria est, *occasionis* et *facultatis* rei perficiendae, exprimere videtur. In Cast. autem lexico etiam forma نُهْضَة offenditur, et *facultatem* significare legitur; at locus, Jos. 8: 20, qui solus pro auctoritate adscriptus est, rem minime probat: verba enim فلم يبق فيهم نهضة للهروب الى مكان, sic puto vertenda esse: *nec supererat inter eos via ad fugiendum ullum in locum*, sive forma نُهْضَة eandem ac نَهْضَة vim habere, seu haec pro illâ substituenda videatur. — Cum alterâ parte versûs conf. locus supra editus, pag. 58. vs. 10.

(189) Utrumque, et بهيم et غُرَّة, de equis dicitur: alterum equum *nigrum sine coloris distinctione ullâ* significat, alterum *candidam maculam quae in fronte equi conspicitur:* quam propriam verborum vim poëtam spectasse apparet. — Quae vero ad finem versûs in scholio adscripta sunt, inde a voce الثاني (nam in reliquis nihil est difficultatis) sic vertenda sunt: *Altera ratio (pronuntiandi verbum يطرف) est, ut Dhamma tribuas literae Ja, et Fatha literae Ra, adeoque sit in passivâ formâ* (proprie: *formatum ad id cujus persona agens non nominata est*), *aöristus* τοῦ طُرِفَتْ عينُهُ *in passivâ formâ* (proprie: *formâ inflectendâ ad illud cujus persona agens nescitur:* nam للمجهول elliptice dictum videtur pro للمجهول فاعله), *quod significat:* laesus est oculus ejus aliquâ re, adeo ut lacrymet; *atque haec explicandi ratio majorem addit sententiae gravitatem. Vult igitur: si ipsum contemplatur invidus, sane conditio ipsius est oculo ejus personae instar quae festucam injicit, ob admirabilem illius lucem et splendorem radiantem, ita ut caligine suffundatur oculus invidi. Ut plurimum vero invidia conspicitur ex oculo invidi.*

Sacy gr. 1. 144. 145.

(190) Si non placeat, verba من الدهر *per malevolam fortunam*, h. e., *a parte et operâ mal. fortunae* verti, et sic ad universam, quae sequitur, sententiam referri, prius hemistichium hoc quoque modo explicari poterit: *Ac nisi tu (r. m. c.), non molle (mihi) foret fortunae latus*, ut من الدهر non ultra quam ad solum, quod sequitur, جانب pertinere videatur; per linguae vero usum haud minus illam quam hanc potestatem praepositioni من tribui posse, sat, credo, certum est. Posterius hemistichium sic ut factum est verti debere, nominativus casus vocum منقاد et معطف declarat. Simpliciter autem vult poëta, sibi, ni Regis benevolentia intercessisset, nihil in mundo amicum aut propitium, omnia dura, inimica et aspera futura fuisse. De figuratâ vi vocis جانب jam supra exposui, p. 95 in ann. 113; alterum illud ولا ذل منقاد proprie de *jumento* dicitur, a cujus *obsequio* et *contumaciâ* poëtae Arabes imaginem petere *secundarum* et *adversarum rerum* solent; conf. etiam supra, p. 65 in ann. 11. Denique animadvertenda est vox مُعْطَف, utpote part. pass. 4ae formae, cui hinc apparet, cum 1a forma significet *benevolus fuit, favit*, vim adscribendam esse *propitium reddendi, conciliandi.*

ف. عطف conj. Fakihat alkholefa p. ۲۱۲. Weyf.

Hh

Et postquam mortuus erat Almotadhed Billah, et delatum erat imperium ejus (191) ad Almotamedum, et ille (Ibn Zeidoun) in rebus suis ad excelsum eum locum evectus erat ad quem evectus est, et observabat Almotamed necessitudines ejus, ad quas provocans (apud hunc) intercesserat et deprecatus erat (ne dimitteretur), eumque retinebat ut consiliarium et confabulatorem, ac bibendam ei praebebat clementiam (192) ut aquam dulcem et salubrem, sic fatus est, carmine funebri defunctum celebrans, et gratias agens Almotamedo, ac praedicans eum non repudiare funem necessitudinum suarum (193), nec negligere (194) observationem privilegiorum suorum:

Heu Abbad, perfectissime inter Reges, sane vero violenter in te irruit tempus, e cujus indole est perfidia!

Ergone non avertit illud (ab hoc facinore cogitatio), praestantissimum ingenium tuum ipsius ornamentum, et famam tuam in manicis dierum ipsius odorem esse (195)?

---

(191) Nota est ex Abulfarag. *Hist. Dyn.* p. 205 dictio أُفْضِيَتْ اليه الخلافة, *delatus est ad eum Khalifatus;* vide etiam supra p. 50 vs. 2.

(192) Propria *condonationis* significatio hîc non premenda videtur: neque enim ob crimen aliquod commissum metus erat Ibn Zeidouno ne Veziratu suo moveretur, sed tantum quoniam apud Orientales novi Reges plerumque novos sibi ministros constituere solent. Nisi autem uterque codex eandem lectionem exhiberet, mallem hîc legere: وسقاه من الصفح سلسالا نميرا, *et bibendum ei praebebat potum dulcem et salubrem clementiae suae;* certe enim membrorum παραλληλία obstare videtur, quominus الصَّفْحُ in nominativo casu pronunties.

(193) Forma مِتَات, quae in lexicis non reperitur, sed in carminis, quod sequitur, versu 6° iterum offenditur, et ibidem in scholio explicatur (nec dubito enim, quin et textûs et scholii lectionem ibi bene restituerim), est forma plur., ducta a sing. مِتّ, quod idem significet ac مَاتَّة, plur. مَوَاتّ, ab eodem verbo مَتّ derivatum. Caeterum notum est, Arabes *funis* nomine metaphorice significare *necessitudinis vinculum.*

(194) Cum verbum أغمض, cum عنه constructum, significet: *connivit* ei, *clausit oculos* quominus facta ejus animadverteret, facile apparet dictionem أغمض عن رعى حرماته talem hîc esse, qualem *praegnantem* dictitant, et hanc quidem vim habere: *oculos clausit (parum curans) utrum privilegia ejus observarentur nec ne.*

(195) Vides, hîc morem spectari vestium manicas odoribus imbuendi, quem etsi mirum non est apud populos Orientales, et praesertim apud feminas obtinuisse, cum tanta harum cura esset suave olendi et in tantâ hoc laude poneretur, equidem tamen aliis auctorum locis illustrare non possum, nec ab iis etiam commemoratum reperi, qui de Orientalium moribus deditâ operâ exposuerunt. — Quod ad scholion attinet, posteriora ejus verba inde a واضافة الاردان non puto sic, ut codex ea obtulit, bene explicari posse; si vero pro ذات اردان substitueris ذات أَرْدِيَة (et incautus certe librarius hîc in istum errorem facillime incidere potuit), sensus eorum satis expeditus hic exsistit: *Quod manicas tribuit diebus temporis est phantasia, a quâ quis eo transfertur ut eosdem sibi fingat stolis indutos, ad modum metaphorae quae metonymice enun-*

Heu pretiosissimam unam inter mortales animam confodit exitium (196), et virum eximium, prae reliquis ob munificentiam existimatum, cum omnium desiderio abstulit mala fortuna!

Ubi mors est terminus omnium, qui diutinâ vitâ donati sunt, sane perinde est longane sit an brevis aetas (197).

Atque ex eodem carmine sunt hi versus: p. 39.

An noverit venerabile (198) illud corpus exstinctum, mihi concessam esse conditionem (adeo splendidam), ut in modo ejus assequendo perdatur cogitatio:

---

tiata est. Vult, uti fieri solet in metaphorâ, quae metonymice enuntiata est, h. e., in quâ quis *partem* pro *toto* dixit: ita hîc quoque *manicarum* mentionem in ipsarum *stolarum* cogitationem lectorem inducere.

(196) Quo de hac significatione vocis رَدًى constet, conferendus est poëmatis Ibn Doraidi vs. 12 ex edit. Scheidii, ex edit. autem nuperâ Boiseni (Hauniae 1828) vs. 14, et carminis inserti in *Noct. Arab.* T. I. p. 67 seq., vs. 4:

(البسيط) حتى اذا بات مسرورا بليلته بالحوت قد شقّ سَفُّودُ الرَّدَى حَنَكَهْ

Donec laetitiâ afficitur nocte suâ per piscem, cujus palatum fidit hamus exitii.

(197) Spatium vitae, quod Motadhedus exegit, mediocre quidem non vero longum dici potest: si enim, quod Condeus refert l. l. II. 47, natus est anno H. 407 (Chr. 1016—7), septem dies ante initium mensis Safaris (ergo die 23° mensis Moharrami), et defunctus anno 461 (Chr. 1068—9), die 2° mensis Djomadae posterioris (conf. Casiri l. l. II. 210 a), consequens est ut ad aetatem pervenerit 54 annorum lunarium, 4 mensium et 9 dierum (non, ut in Condei l. l. legitur, 57 annorum, 3 mensium et 7 dierum). Unde, cum parum verosimile videatur, hanc loci sententiam esse: *Ubi novo hoc Motadhedi exemplo constat finem cujusque vitae, quantumvis maxime diutinae, mortem esse, quid tandem interest longane an brevis sit aetas?* potius hoc voluisse poëtam censeo, nolle se queri, quod vita Regis non aliquot annis longior fuisset; si enim senem quoque decrepitum sua fata necessario manerent, nec e communi hac sorte quisquam eximi posset, parvi faciendum esse mortalibus, breviusne an paulo longius vitam semel ponendam traherent. — Qui in scholio, ad h. l. adscripto, commemoratur poëta, Cathary ben Alfodjaä, de hoc, ut saepius nomen ejus in Hamasâ offenditur, inprimis conferendus est locus p. 44, ubi in Tebrizii comment. vs. 6 unus fuisse legitur e rebellibus vel schismaticis (الخوارج), qui Khalifatum inter suos gessit per tredecim annos: quod, etsi sunt, qui per *viginti* annos eum pugnasse et imperium sustinuisse referant, recte tamen ab illo dictum videtur: nam rebellare coepit, quo tempore Mosab ben Zobair nomine fratris sui Abdallahi Iracae praeërat, anno H. 66, et occisus est a copiis Hedjadji ben Jousof anno 78 vel 79. Verum illius nomen fuit ابو نُعامة جُعُونة — بن مازن, et appellationem, quâ vulgo nuncupatur, Cathary ben Alfodjaä, partim a loco, ubi aliquantum vitae spatium exegisse videtur, قَطَرٌ (qui, ut ait Tebr. l. l., est موضع قريب من عُمَان, *locus non procul ab Omane*, tractu Arabiae ad mare Indicum, cujus incolae teste Lexico Geogr. pertinent ad rebelles Ibadhitas, الخوارج الاباضية), partim a matre traxit. Vitam ejus describit Ibn Khallican (Tyd. N. 553)*, cujus narratio conferenda est cum scholio ad Harir., edit. Sac. p. 57. Verba autem ejus, quae hîc citantur: *Et terminus ignavi moeror est*, hemistichium esse videntur 6ae speciei (الهزج).

(198) Acquiescere possumus in generali hac notione, voci مُقَدَّس tributâ; si vero cui premenda videatur ipsa

Namque enim necessitudines meas non interire fecit, o Mohammed! successor tuus legitimus et idoneus, filiusque tuus pius (199),

Et in arenam demersit per pietatem quâ me amplectitur, nasos agminis virorum, quorum forma elegantiâ nitet, et quorum facies splendet ut effossae auri particulae (200):

Cum ille erecto corpore ~~sedet~~ edet in supremo pulvino~~, alligato super lumbis tibiisque~~

استوى عاقدا حبوة simpliciter sign. quod استوى قاعدا.

---

sancti vel *pro sancto colendi* significatio, equidem non valde refrager, cum notum sit, Moslemos aeque ac majorem Christianorum partem habere, quos ut sanctos venerentur, et quorum sepulcra in rebus angustis potissimum ad Deum supplicandum adeant, nec igitur a ratione abhorrere videatur, poëtam, quâ erga defunctum Regem se reverentiâ affectum esse profiteretur, hîc eximium illum sanctitatis honorem spectasse. Sequens autem dictio مسوّغ حالٍ arguit, formam 2am سوّغ, *concessit* alicui rem, cum gem. accusat. construi, sicut 8a forma, quae potestatem habet *assequendi* rem, etiam cum accusat. rei componitur. [Rarioris formulae الشلو المقدّس explicatio mihi quaerenda videtur in locutionibus, قدّس الله سرّه, vel قدّس الله روحه, quarum alterutra restituenda est Bahaëddino in *Vita Salad.* p. 7, ubi nunc legitur قدس الله عنه, quia librarius ista scribens de celebrato illo رضى الله عنه cogitabat. Ambae phrases imprimis usurpantur de principibus defunctis. Altera *sanctificet Deus sepulcrum ejus*, hoc notat: *Deus illi, ut pio et sancto homini, quietem concedat sepulcri et arceat ab eo angelos Nakir et Monkir, qui impios usque ad diem judicii excruciant.* Altera sic explicanda est: *Deus animum ejus a labe peccati liberet:* nam قدّس idem esse ac طهّر Djauharius docet, et L. G.; item al Nawawius MS. 357. p. 442. بيت المقدّس explicant المكان الذى يتطهر به من الذنوب. Magis haereo in illo شلو, nec satis intelligo, quomodo *corpori* defuncto hic scientia quaedam tribuatur. Num forte شلو est synonymum τοῦ شَخْص, quod a *corporis* primaria notione ad *personam* designandam transfertur? Nisi hoc placeat legere malim السرّ المقدّس, quod saltem vulgatâ esset minus durum et ποιητικώτερον, h. s. *Num secretum sepulcri conscium est praesentis conditionis meae?* H.]

(199) Motadhedo proprium nomen *Mohammedis* fuisse, apparet ex Condei libro, II. 24; quare poëta ex ambiguo eum hoc nomine appellat, quod commune ei erat cum auctore religionis Moslemicae. Et facile enim agnoscis, illum adulari Motamedo, ut qui in tantâ plurimorum de Hispaniae imperio contentione, unus esset legitimus Prophetae successor atque idoneus religionis Antistes; utraque autem vox, عَدْلٌ et رِضَى, quâ hîc Khalifam designat, propria est de teste *legitimo*, et *quo tanquam idoneo homines contenti sunt.* Caeterum conf. quae supra, hunc locum citans, in annot. 185 dixi.

(200) Sensus est: *Per beneficia et honores, quos in me, caeteris omnibus antelatum, contulit* (conf. versus seq.), *depressit viros summe spectabiles, qui et ipsi propter merita tali honore digni existimari possent.* Quo autem figuratam dictionem *nasos in arenam demergendi* poëta persequeretur, jam non de meritis dixit, sed de formae externae splendore. Animadvertenda vero est illa notio *formae*, quam loci ratio arguit voci لقاء subesse. Est Persis et Turcis frequens significatio, a Meninskio enotata.

amiculi vinculo, atque (ab utrâque parte cubiculi) stant duo ordines Concilii
ejus, mihi primus est locus (201).

Atque illius est hoc carmen, quo, cum effugisset (e carcere), et complevisset dies infortunii sui (202), dum clam commorabatur Cordobae, appellavit Walladam, et excitavit virum literatum Aboubecrum ben Allobana (203) ad intercedendum (pro

---

(201) De modo illo sedendi, verbis عاقد حبوة significato, conf. lex. Willm. in v. حبا, et de voce حفل conf. supra p. 97 in ann. 123. Videtur autem poëta in hoc versu talem Regis sessionem spectare, qualem si solennem daret aditum, habere soleret: et inprimis quidem ad hanc illustrandam adhibendus est Niebuhrii locus, in *Reisebeschreibung nach Arabien* T. I. p. 413 et 414, coll. Tab. LXIX quae huic loco est addita. Ibi enim in simili sessione duos quoque optimatum ordines ab utrâque parte cubiculi stare vides, et summum Ministrum ante ipsius Principis solium; nescio vero, utrum hunc sibi locum datum poëta voce صَدْر expresserit, an etiam a Motadhedo Rege eximio illo et plane unico honore ornatus fuerit, de quo infra ad p. 48 fin. dicendum erit, nempe ut juxta hunc in solio paullo humiliore sederet.

[Handwritten marginal note:] De الصدر et in universum de ordine quem in sedendo observant Orient. vid. Annot. Burckhardti ad Prov. 764.

(202) Verba haec proprie sonant: *et cum egressus esset ex ultimâ nocte suâ;* quae figurata dictio ut a lunâ translata est, quae post ultimam menstrui spatii noctem nova incrementa capit et in pleniorem formam procedit, ita similis jam supra se obtulit p. 20 vs. 3 a f. et p. 32 vs. 2.

(203) In proleg. Safadii, loco pag. 39 in ann. crit. *k* laudato, legitur in hoc carmen desiisse epistola, quam Ibn Zeidoun fugae suae excusandae causâ ad الاديب ابا بكر مسلما scripsit: unde primum apparet, perperam ab Ibn Khacane dici eodem *appellatam* fuisse Walladam, de quâ *mentionem* tantum fieri, versus 7us et seqq. arguunt; ac deinde, quod magis animadvertendum est, viro illi a Safadio nomen proprium *Moslimi* tributum esse. Quod quidem si recte fecerit, sequitur, ut male hoc loco, inductus auctoritate I. Khac. L. et Cod. 639 (vid. l. l. annot. *h* et *k*), in textu addiderim cognomen *Ibn Allobanae:* nam huic, testibus Abdolwahedio et Almaleco Almansouro, l. l. mox l. l., nomen proprium *Mohammedis* fuit. Nec sane dubitandum est, quin Safadius verum tradiderit, ita quidem, ut si ipse Ibn Khacan sic ut edidi scripserit, in manifestum errorem incidisse censendus sit. Videlicet *Ibn Allobana* cognomen est clari illius temporis poëtae, qui bis in Condei opere, I. 609 vs. 6 et II. 174 vs. 12 (ubi male scriptum est *Aben Lebana*), persaepe autem in Ibn Khacanis libro commemoratur, ut p. MS. G. 10, 37, 39, 46 caet., et ex cujus carminibus ibidem nonnulla traduntur in peculiari capite, p. 389—399, cui inscriptum est: الاديب ابو بكر الدانى الشهير بابن اللبانة. Jam ex locis, quos citavi, inter se collatis, patet quidem, hunc in aulâ Motamedi maximo honore affectum fuisse; deinde, eum, postquam Motamed anno H. 484 regno pulsus erat, ad Nasiroddaulam, Majoricae dominum, confugisse et ab hoc in clientelam receptum fuisse; ac denique, inter eum et hujus libri auctorem fuisse olim consuetudinem aliquam (pag. enim 10â narrationem quandam de Motamedo sic incipit: واخبرنى ابو بكر بن عيسى الدانى المعروف بابن اللبانة); non item vero, eum satis adhuc juvenem (hoc enim carmen, si testimoniis Ibn Khall. et Safadii, supra p. 113 in ann. 159 laudatis, fides habenda est, constat anno 441 scriptum fuisse) in aulâ Cordobensi versatum, magnâ apud Ibn Djahwarem auctoritate polluisse. Nec hujusmodi quidquam aut ab Abdolwahedio, qui l. l. MS. p. 139—148 et 150—156 multa ejus carmina retulit, aut ab Almaleco Almansouro (conf. supra p. 13), qui in Cod. 639 p. 140—147 itidem de eo breviter exposuit, aut denique ab Ibn Khallicane est traditum, qui ad calcem vitae Motamedi (Tyd. N. 697), in quâ plus semel de Ibn Allobanâ mentionem injecerat, pauca haec de eodem subjunxit (desunt vero in Cod. L.): واما ابو بكر ابن اللبانة المذكور فما رايت تاريخ وفاته فى شىء من الكتب ولا رايت من يعلم ذلك لكن رايت فى كتاب الحماسة التى صنعها ابو الحجاج يوسف البيّاسى المذكور بعد

ipso), et flectere studuit (204) Aboulhazmum ben Djahwar:

Remoti sumus (ab amicis), nec tamen domûs intervallo distamus aut remoti sumus; et separatos tenet eos, quos amore amplectimur, locus in quo visendi sunt, cum nec ipsi longe absint (205).

هذا ان ابن اللبانة قدم ميورقة فى اخر شعبان سنة تسع وثمانين واربعماية ومدح ملكها مبشر بن سليمان — وكنت اظن انه مات قبل المعتمد لانى ما رايت له فيه مرثية الى ان رايت ما قاله البياسى والله اعلم: *Quod ad Aboubecrum ben Allobana, de quo mentionem injeci, attinet, non vidi in quoquam libro annum mortis ejus notatum, nec offendi ullum qui hunc cognitum haberet; vidi tamen in libro Hamasae, quam composuit Aboulhedjadj Jousof Albayasy* (sic appellatus a Bayasâ, magnâ Hispaniae urbe; vid. Conde I. 126 vs. 12 a f. caet.), *de quo infra mentio facta est* (conf. Tyd. N. 861 et vide *Bibl. Crit. Nov.* T. III. p. 299), *Ibn Allobanam venisse Majoricam in exitu mensis Schaban anni* 489, *et laudasse Regem ejus Mobasscharum ben Soleiman* (appellatum Nasiroddaulam) — *Putabam vero eum ante Almotamedum mortuum fuisse, quoniam non vidi carmen funebre in hujus laudem ab illo editum* (quale tamen exstat in Abdolwahedii libro l. l. p. 139 seqq., sicut ab eodem p. 140—142, et in Cod. 639, p. 144—147, laudatum est aliud ejusdem poëtae carmen funebre, quo universam Abbadidarum familiam exstinctam deflevit), *donec offendi dictum illud quod Albayasy obtulit; Deus vero rem melius novit.* Solus Casirii locus, I. 128 a, forte cui valere videatur ad id, quod sumendum foret, aliquâ veri specie ornandum: cum enim ibi inter eos, de quibus Mohammed ben Asaker in libro suo de *Odarum auctoribus Hispanis* exposuisse legitur, 7° loco etiam occurrat *Abu Baker ben Allabanat Cordubensis*, alias autem a Deniae urbe, natali ut ex Abdolwahed. constat, الدانى dici soleat: hinc efficeres, per satis longum temporis spatium eum Cordobae quoque commoratum fuisse, et inde istud cognomen traxisse; at maxima mihi quidem suspicio est, hoc unum esse e sexcentis mendis, quae utilissimum illud Casirii opus continet, plerisque auctoris negligentiae et festinationi tribuendis: vides enim, in textu Arabico, ad calcem paginae adscripto, legi tantum ابو بكر بن اللبانة, non القرطبى additum esse. Verum hac de re, ut cuique placeat, ita judicet: ne vel tum enim, si auctorum locis constaret, Ibn Allobanam circa annum 441 in magnâ gratiâ apud Ibn Djahwarem fuisse, et postea demum, quam Cordobae regnum Djahwaridis ereptum Motadhedus sibi vindicarat, Hispalin migrasse, ne vel tum, inquam, verisimile putarem, hunc esse, quem Ibn Zeidoun hoc carmine appellaverit, cum qui illo tempore plus quam triginta certe annos non habuerit, poëta ipse, ultra quadraginta annos natus, satis ridicule *patrem suum* dixisset (vid. p. 41 vs. 2). Quare ut nomine الاديب ابى بكر مسلم, ut in Saf. Cod. legitur, literatum aliquem virum Cordobensem, aliunde non notum, significari probabile est, ita Ibn Khacanem simpliciter scripsisse puto: الاديب ابا بكر (ut etiamnunc Cod. G. offert), ac deinde librarium quempiam, non dubitantem, quin poëta ille sibi notus significaretur, explicandi causâ addidisse ابن اللبانة. In Cod. vero 639 error non tantum eodem modo invehi, sed ab ipso etiam auctore, Almaleco Almansouro, ex cujus autographo nostrum exemplum descriptum est, proficisci potuit, aut suâ conjecturâ aut alîus quem adhibuerit libri auctoritate inducto.

(204) De vi verbi استنزل vid. supra p. 104 in ann. 148; si autem probanda videretur lectio Cod. G. ويستغزل lexicis addenda foret 10a forma verbi غزل, et huic significatio tribuenda *amatoriis* vel *adulatoriis verbis* aliquem *demulcere studendi:* mihi vero nullum est dubium, utra lectio potior habenda sit.

(205) Videlicet, cum Cordobae lateret, ne apprehensus iterum in vincula conjiceretur, nec ipse audebat amicos visere, qui in eâdem urbe degebant, nec ab his visi poterat; lectio autem نهوى non eâ tantum de causâ alteri نهوى antehabenda visa fuit, quod hac receptâ numerus pluralis شطوا ad unum Ibn Zeidounum

Heu amici nostri! inflexerunt plantam recentem pacti nostri (206) casus fortunae, qui nullo sunt pacto nullâque conditione obstricti.

Per vitam vestram, sane tempus illud, quod effecit ut omnia quae conjuncta teneremus, dispersa a nobis avolarent, injustitiae modum excessit (207). p. 40.

Et quod ad propensionem in somnum attinet, ex quo non visitavi vos, ea (velut) peregrinator est, cujus visitatio rarius obtinet et cujus adventus non nisi magno identidem interjecto spatio locum habet (208).

Nec desiderium, quo fertur is, cui costae siti enectae sunt (209), in aquam claram et limpidam, quam occultam tenet montis lacuna,

Vehementius est quam desiderium, quo ego feror in vos (210), dum quominus vota mea ab hoc (desiderio) avertantur, obstat arbor tragacanthae et strictura ramorum ejus (211).

---

referendum esset (hoc sensu: *et separatum tenet eum, quem a. amplecteris, l. i. q. visendus est, cum tamen n. l. absit*), verum ideo inprimis, quod si poëta hoc dixisset, utroque hemistichio plane idem expressisset. Caeterum de vi verborum ناى et مزار conf. supra annot. 161.

(206) Apparet, poëtam spectare plantam, quae cum antea recens et rigida stetisset, jam marcida facta et a sole laesa, deorsum inflexa esset, foliis dissolutis et in terram demissis. Similis dictio supra occurrit p. 26 vs. 4.

(207) Constructio verbi قضى cum ب rei, *praegnans*, ut ajunt, esse videtur et idem exprimere quod plene efferres قضى فانجاء بهِ, *rem decrevit et exsecutus est:* ejusdem constructionis, quae in lexicis non commemorata est, exemplum offenditur in hoc Safadii hemistichio, prol. p. 8 vs. 4: رَبٌّ قضى بالذى يختاره فينا: *Dominus qui circa nos, quod placeat ipsi, exsequitur.* Non dubito ergo, quin ea, quam recepi, lectio vera sit. — De vi dictionis شتّ الشمل من فلان ejusque similibus conf. lex. Willm. in utroque verbo. Cong. Graec. Anth. 30: 9 a f.

(208) Voces غبّ et فرط ambae sunt nomina actionis, quorum illud, ut e lexicis apparet, saepius substantive ponitur et *visitationem rariorem* exprimit, hoc pp. significat *negligentem esse et tardum in re praestandâ:* unde liberius quidem vertisse, loci rationi et auctoritati Scholiastae obsecutus, non autem a verâ vi hujus vocis deflexisse videbor.

(209) His verbis exprimitur sitis quam maxime gravis et vehemens, cujus vi costae penitus exsiccatae et omni sensu destitutae fuerint. Et certe dubium non est, quin lectio مقتول antehabenda sit faciliori, quam offert Cod. L., مغلول, quâ receptâ sequens بالصدى plane frigeret, ne dicam, ubi alter Codicum I. Khac. consentit cum Cod. Safadii (cujus textum ex fonte satis diverso fluxisse, abunde apparet), ibi conjunctam horum auctoritatem non facile mittendam esse. Quod vero in Cod. Saf. pro بالصدى legitur بالظما (بالظّمَا pro بالظّمَى), ferri eodem modo posset, quo in versu, p. 48 vs. 2 edito, يظْمِينَا pro يظْمئُنَا dictum est.

(210) In scholio, ad haec adscripto, verba postrema sic vertenda videntur: *Illud (quod poëta dicit) verum est, et tum si paria inter se sunt ambo (de quibus loquitur) desideria, et tum si ipsius desiderium altero majus est; quidquid vero hujus rei sit, certe desiderium ejus erga eos est vehemens, nec ad amorem ejus quidquam accedere potest.*

(211) De figuratâ hac dictione conf. scholion textui subjectum, et cum hoc lexica in v. قتاد, Schol. ad Ha-

Atque in agmine boum illorum sylvestrium, (mihi) familiari, unus est nigricantibus labiis (212), cui pro cubili sunt orae cordis mei, non tumulus arenaceus nec locus ubi desinit arena (213),

---

rir., ed. Sac. p. 266, et Meidanii liber N. 1572, 1590, alibi. Hoc tamen loco animadvertenda est forma *unitatis*, ut ajunt, قتادة, quam eo sensu lexica non commemorant. Iisdem addenda est vis *conjunctiva* vocis دُونَمَا (sic enim melius scribitur quam دون ما), nempe ut idem fere significet ac دُونَ أَنْ, *ut ne*, *quominus;* quam rem ab usu linguae plane non alienam esse, arguunt similes formae قَبْلَمَا, *antequam*, بَعْدَمَا, *postquam*, بَيْنَمَا, *interea dum*, كَمَا, *ut*. Quod ad universam vero posterioris hemistichii sententiam attinet, si lectionem Codd. I. Khac. عنّة, quam vertendo expressi, probaveris, ea huc redit: *dum fieri omnino nequit, ut vota mea ab hoc* desiderio, *in quo jam unice versantur*, *alio deflexa revocentur* (vel *alio deflexa revocem*, pro eo ut vel أُدِيرَ, in pass. 4ae formae, vel أُدِيرُ, in 1â pers. aör. act., pronunties). Quod vero cum satis inepte sonet, neminem fore puto, cui non lectio, in Cod. Saf. oblata, magis placeat, nempe ut pro عنّة substituto شَوْكٌ, verbo أُدِيرُ alia plane vis tribuatur, et locus sic vertatur: *dum quominus vota mea in orbem agantur*, h. e. *felici sortis exitu mihi contingant*, *obstat spina tragacanthae*, *et s. r. e.*, itaque poëta eâdem quam supra, p. 77 in ann. 47, explicui figurâ, aleam الْمَيْسِر dictam spectaverit. De causâ autem hujus lectionis in istum modum mutatae si quaeris, haec satis facilis se offert, quod jam pridem scriba aliquis, cum putaret eam verbi أدار significationem spectari, de quâ prius dixi (*avertendi* aliquem ab aliquâ re), necessario requisiverit عنّة.

(212) Quod amicos suos hîc *boum sylvestrium* nomine significat, satis consueta imago est; artificiose autem adjicit أُنْسِيّ, quo animal *cicur*, *domesticum*, exprimitur, cum رَبْرَب notionem illam, huic plane oppositam, τοῦ بقر الوحش habeat; vides autem praecipue spectandam esse significationem *consuetudinis* et *familiaritatis*, quae cum voce أُنْس conjuncta est: conf. supra p. 21 vs. 13. — Cur vero lectioni ظَبْي, *dorcas*, quam Cod. Saf. offert, ex I. Khac. Codd. maluerim أَحْوَى edere, inprimis apparebit, collato Tharafae *Moällacae* vs. 6°, in quo puella, quam poëta laudat, eodem hoc nomine nuncupatur. Adhibitis autem ex isto carmine versibus quoque 9° et 30°, et cum iis quae Reiskius (edit. p. 52) ad vs. 6um annotavit, Aboulalaï verbis, a Tebrizio traditis Hamas. p. 386 vs. 11, ad explicationem versûs, qui ultimus est in p. 383 (male enim Reiskius l. l. hacc ipsi Tebrizio tribuit, qui satis diversam sententiam protulit p. 384 vs. 4), his ergo adhibitis, patebit, Arabes antiquos pulchritudinis partem posuisse in labiorum nigredine (puto, ut per hanc dentium albedo magis conspiceretur), neque hanc in mulieribus tantum, sed etiam in viris praedicasse; quo factum est, ut arte eam sibi comparare solerent; vid. quoque supra p. 49 vs. 8. Caeterum in hoc versu et sequentibus Walladam spectari, supra jam dictum est.

(213) In scholio, ad finem versûs adscripto, السقط dicitur المسين (vel مُثَلَّث) مُثَلَّث, quo significetur, primam ejus literam nullo discrimine tres vocales, Fatham, Kesram et Dhammam, admittere: conf. p. 48 vs 7 a f. Et haec quidem dicendi ratio in Camouso etiam frequens est (vid. ad ipsam vocem سقط), nec

Singularis plane in omni genere pulchritudinis, cujus tunica laxa luxuriat (in medio corpore), cum femorale impar est ea, quae contracta tenet, membra continendo (214).

Videbatur cor meum, die quo peribam inter valedicendum, palpitans ab illo excidere, ita ut (in terram) caderet (illius) inauris (215).

Si quando libri furiosi amoris obscura est scriptio, ex gemitu meo ei vocales, et ex singultibus meis ei addi poterunt puncta (216).

Nonne solet juvenibus accidere (217), ut juvenilis aetas eorum sit praeda homi-

---

tamen aut in Sacyi Gr. Ar., aut in novo Freytagii lex. commemoratur: uterque tantum de الثاء المثلثة (*literâ Tsa tribus punctis instructâ*) dixerunt.

(214) Nates et femora significari vides; conf. supra annot. 178 sub f. Verbum ارتاح autem liberius verti: cum enim proprie significet *laetum et alacrem esse*, figurate tunicae alacritas, inde orta, quod nulla ei molestia esset in continendo medio corpore Walladae, opponitur angustiae, in quâ versari dicitur femorale ejusdem mulieris. — Quod vero ad scholion attinet, versus quem auctor citat, et vago nomine τῷ أول, *poëtae antiquiori*, tribuit, exstat in Hamas. p. 579, ubi للحكم الخضرى, *Alhakamo Khodritae*, adscriptus, et alter hic ei subjunctus legitur:

فواللهِ لا أدرى أزيدَتْ مَلاحةً وحُسْنًا على النِسْوان أمْ ليس لى عقْلُ

Utriusque autem haec est sententia:

Duae vestes ejus inter se sortitae sunt (*partes corporis hujus puellae;* uti, cum duae partes rei sunt, ambae in suo genere pretiosissimae, sorte inter se decernunt homines, utra utri contingat); *ac tunicâ jam continetur puella lenis et delicata, femorali autem duo femora obesa, quibus quae pars a tergo est* (nates), *crassa est.*

Per Deum vero, nescio, utrum illa reliquis omnibus mulieribus emineat venustate et pulchritudine, an ego mente captus sim (*ut falso judicem*).

Conf. Tebrizii comment. ad vs. priorem. In Djauharii autem libro, ex quo scholii auctor et ea, quae generatim dicit de voce مرط et مروط, et versum illum descripsit, pro الاول legitur الشاعر, et (in nostro certe exemplo) pro رادة, eâdem potestate vox (ut Hamakerus docuit in *Spec. Cat.* p. 105 ann. 406), غادة.

(215) Si locum hunc jam bene explicasse videor, pro اهوى in textu restituendum est أهْوى: *pereundi* enim significatio non formae هَوِى sed هَوَى propria est; pronomen autem ه in منه retuli ad احوى, quo figurato nomine Wallada exprimitur. Vult igitur, credo, poëta, die illo, quo inter valedicendum animus ipsum deficeret, perinde fuisse, ac si cor suum a Walladâ, quîcum a longo inde tempore in unum corpus conjunctum fuisset, violentâ manu divulsum excideret, et tanto quidem cum tremore et palpitatione, ut ipsius puellae inauris per vehementiam motûs soluta in terram caderet.

(216) Verbis figuratis haec simpliciter subest sententia: *Si quando dubitant homines, quaenam vis et potestas sit furiosi amoris, meum exemplum rem plane declarabit: ostendi enim gemitu et singultibus, quo tempore Walladae valedicebam, hunc esse, qui reliquas omnes perturbationes vehementiâ superet.*

(217) Possent haec verba etiam sic verti: *Nonne ad notitiam juvenum pervenit*, h. e. *nonne experientiâ edocti sunt, esse juvenilem aetatem eorum* caet.? Quod ideo inprimis moneo, ut manifesta esset origo alte-

nis iniqui, et occasio quam captat violentus oppressor (218)?

Sane vero etiam nobilis equus, qui cursu incitato (reliquos) antevertit, (in stabulo) tribus stat pedibus, quarto in extremitatem ungulae innixo, perfide ligatus compede et contra quam meretur vinculo detentus (219),

Et eodem modo gladius acutus moratur in vaginâ suâ, cum tamen non vituperetur facultas, quae utrique ejus aciei inest, rem et in longum et in transversum secandi.

p. 41. Ad te, o Aboubecr! (hoc) mane propositum affero, cui (apud me) existimatio excelsa est, etiamsi illud assequi sit humiliatio (220).

O pater mi, postquam in patrem meum pulvis fuit effusus, et solus (221) familia mea, cum nulla mihi superesset familia!

Tibi est beneficentia viridis, cujus umbrae madent supra me, dum equidem accepta bona non dissimulo, nec grato animo non agnosco (222).

---

rius lectionis, quam Cod. 639 offerre vides: *An nesciunt juvenes?* Caeterum tenendum est, poëtam quo tempore e gratiâ Regis excideret, *juvenilem* (quam Arabes et Latini dicere solent) aetatem nondum excessisse.

(218) Per errorem typothetae hîc pro وَتِيرَةٌ in textu exaratum est وَتُرْهَةٌ. Vides vero, hoc versu et duobus sequentibus poëtam significare, calamitatem suam nec in dedecus sibi vertendam, nec per se miram esse, quippe quae non tantum ipsi cum plurimis hominibus, sed etiam cum aliis rebus summa utilitate conspicuis, communis esset. Conf. supra similis excusatio p. 31 vs. 6 seqq. et p. 33 vs. 4 seqq.

(219) Cum hoc versu inprimis conferendi sunt p. 28 vs. 1 et 2, et cum sequente versus infra edendus e Saf. prol. p. MS. 10 vs. 11. Apparet vero, etiam in liberiore quâ usus sum verborum translatione, me formae 5ae تَخَوَّنَ, cum acc. pers. constructae, vim tribuisse *perfide* aliquem *habendi* vel *tractandi:* et non hanc quidem ipsam, verum satis tamen similem notavit Freytagius in lex.

(220) Spectat consilium suum, mox (p. 43 vs. 8) apertius expositum, amicum rogandi ut apud Regem pro se intercederet, et supplex suo nomine veniam oraret: quam rem, licet per se satis ingratam et cum magnâ ταπεινώσει conjunctam, sibi tamen in miserâ istâ conditione exoptatissimam esse et summo dicit pretio haberi.

(221) Accusat. فَذًّا pro adverbiascente (حال) habendus est: nam quamvis nomen antecedens رهطى etiam ipsum in accusat. positum sit (conf. Sacyi Gr. Ar. II. 76 N. 132, et 78 N. 137), tamen, si ad hoc, tanquam ad substantivum suum, adjectivum illud referendum esset, necessario requireres رهطى الفَذّ, *o unica familia mea.* Non video autem, in vocem فَدَآءُ (quam Cod. Saf. pro فذا offert), nude sic in nominat. positam, ullam explicationem cadere; si vero substitueres فَدَآءً, existimari posset esse accusat. adverbiascens nominis actionis, et رَهْطِى فَدَآءً sic verti: *o familia mea in redimendo*, h. e., *o tu, qui si de vitâ meâ redimendâ agitur, familiae personam mihi sustines!* Sed quam recepi lectio ab omni parte melior et simplicior est.

(222) Cum figuratâ illâ dictione conf. versus supra editus p. 22 vs. 14. — Scholio autem, ad finem versûs adscripto, idcirco asteriscum apposui, quod Djauharii librum adhibens, agnovi, illud ab auctore vel ne-

Ac nisi tu (adfuisses), non fulsissent igniaria ingenii mei, et tenebras abripuissent scintillae ignis eorum (223);

Nec composuissent manus veris ea quae produxi novitatis laude conspicua, aut ex ingenio meo (prodiissent) carmina, et ex horto ejus (fructus) fuissent collecti (224).

---

gligentius ex hoc excerptum esse, vel (quod tamen longe minus verisimile duco) ex breviore ejusdem codice descriptum: in nostro Djauharii exemplo haec leguntur in v. غمط: غَمَطَ النِّعْمَةَ بالكسر يَغْمَطُها يقال غَمَطَ عيشَه وغَمَطه ايضا بالفتح يغمطه غَمْطًا بالتسكين فيهما اى بَطِرَه وحقره وغَمْطُ الناسِ الاحتقارُ لهم والازراء بهم. Quae igitur hic partim ad dictionem غمط عيشه, partim ad dictionem غمط الناس explicandam in medio sunt posita, scholii auctor inter se conjuncta ad dictionem غمط النعمة transtulit, hoc solo discrimine, quod non scripsit بَطَرَها, sed البَطَرُ بها, putans dicendum esse بَطِرَ بالنعمة, non بطر النعمةَ, cum tamen ex Djauh. l. l. appareat dici بطر عيشَه. Et utraque quidem constructio licita videtur, altera per propriam vim verbi بطر, altera per linguae usum: Djauharius enim in v. بطر sequentia retulit: البَطَرُ الأَشَرُ وهو شدّةُ المَرَح وقد بطِرَ بالكسر يَبْطَرُ وأَبْطَرَه المالُ يقال بَطِرْتَ عَيْشَكَ كما قالوا رَشِدْتَ أَمْرَكَ, ex quibus liquet, significationem verbi بطر *neutram* esse, *petulanter et proterve exsultandi*, nec alio jure dici بطر عيشة, pro بطر فى عيشة, *petulantem se gessit in vitâ suâ*, *protervam egit vitam*, quam quod verba neutra nonnunquam, praepositionis interventu neglecto, cum nominibus in accusat. positis conjunguntur, ut رشد أمره pro رشد فى أمره, *rectam iniit viam in re suâ*, *rem suam bene direxit*. Itaque auctor scholii non omnino male dicendum censuit بطر بالنعمة, *protervum*, *impudentem*, *ingratum se gessit in* (*utendo*) *beneficio*, quamvis non minus usu valere بطر النعمة quam بطر العيش, ex Camouso appareat, qui in v. غمط sequentia exhibet: غَمَطَ الناس كضرب وسمع استحقرهم والعافيةَ لم يشكرها والنعمةَ بطرها وحقرها ✿

(223) Vides, in scholio verba لسببِ المخاطَب significare: *operâ* (*Aboubecri*) *illius qui hoc carmine appellatur*; conf. supra p. 27 vs. 2 a f.

(224) *Veris* notio summam exprimit gratiam, suavitatem et elegantiam: unde non parum ea laudat quae in literis produxit, fingendo, manus veris ea composuisse, et inde accepta se ea cum hominibus communicasse. — In altero autem hemistichio jam nullus dubito, quin lectio recepta نظم minus bene se habeat quam illa, quae in I. Khac. L. et in Cod. 639 offertur, نثر: poëta enim, credo, inter se opposuit significationem verborum نثر, *sparsit* rem, et لقط *collegit* rem *humi sparsam*, hoc sensu: *aut ex ingenio meo sparsa fuissent* (*bona*), *et ex horto ejus* (*ab hominibus*) *collecta*. Nec mirum videri potest, pro نثر a quopiam substitutum

(Jam) consenui, nec quidem per senectutem in vertice meo est albicantium capillorum mistura, sed per senectutem curae in corde meo talis mistura obtinet.
Ac diu vexavit sortis infelicitas animam meam, et memor haec facta est (saepius conspecti) horti, arboribus herbisque referti, quem diu vexaret siccitas (225).
Temporis spatium quinque annorum, quos transegi ut vinctus, etiamsi non apparerent (in corpore meo) vincula nec ligamina (226),

---

esse نظم: cum enim illud *prosam orationem* etiam significet, et haec quidem significatio, librarii animo unice obversata, huic loco parum convenire videretur, paratam habuit medelam et poëtam de *poësi* suâ dicere voluit.

(225) Non video, in haec verba aliam ullam, praeter hanc quam proposui, explicationem cadere; quae tamen ut probetur, sumendum est, 4am formam أذكر non cum gem. accusat. tantum construi (أذكره ذلك, *in memoriam ei illud revocavit*), sed dici etiam posse أذكره من ذلك. Mihi quidem nullum hujus rei exemplum notum est, nec tamen in utriusque codicis consensu lectionem mutare ausus sum; quod si necesse videretur, facile fieri posset, substituto به pro من: فأذكرت به الروضة الغنّاء, *et memor haec facta est per istam (sortis infelicitatem) horti* caet. Scholii auctoritas istiusmodi conjecturae nec obest, nec vero etiam favet, cum missâ plane singulorum verborum vi aut structurâ, de universi tantum loci sententiâ exponat, in hunc modum: *Vult poëta, esse infelicitatem sortis suae, quae in memoriam ipsi revocat hortum arboribus herbisque refertum; ideo vero illa eum hujus fecit memorem, quoniam solet res rem sui similem in memoriam revocare.* — Quo autem pacto post nomen, articulo definitum, الروضة, omitti hîc potuerit pronomen التي, satis apparet collatâ annot. 104 in pag. 93.

(226) Locus Ibn Khacanis, supra editus p. 20 vs. 6, temere quidem, sed tamen certo, mihi in animum induxerat, Ibn Zeidounum jussu Ibn Djahwaris non tantum carcere inclusum fuisse, sed etiam vinculis constrictum: unde et passim, ex. gr. in annot. 115 et 144, eam opinionem secutus, de *vinculis* dixi (quibus in locis jam velim pro hac voce lector vocem *carcere* substituat), et cum ad hunc versum typis exarandum perventum esset, fieri non posse putavi, ut verbum يبل pronuntiaretur يبل in 1â formâ, itaque poëta hoc dixisset, quod jam vertendo expressi; verbum autem illud in 4â formâ pronuntians, locum sic explicandum censui: *Temporis s. q. a., q. t. vinctus, etiamsi modum (in me) non excederent vincula aut ligamina*, quasi de sortis suae molestiâ querens, simul ex obliquo Regem laudasset, quod eandem non duriorem etiam et magis intolerabilem reddidisset. Cum vero de hac quoque interpretatione, an legitima et vera esset, dubitare coepissem, de summâ re curiosius inquisivi, et nullum agnovi nec in carminibus ejus (comparatio enim, p. 28 vs. 1 et 2, coll. p. 40 vs. 10, adhibita, in universum accipienda est de *otio invito plenoque taedii*), nec in epistolâ, e carcere ad Regem perscriptâ, nec etiam in illâ epistolâ, quam, pro parte a Safadio traditam, in hoc carmen desiisse supra, in annot. 203, dixi, nullum igitur in his locum agnovi, in quo de *vinculis* queratur, aut quocunque tandem modo horum molestiam spectare videatur. Quare, sive Ibn Khacanem tumidâ istâ locutione falsi quid significasse, sive verba ejus ita explicari posse censeas, ut de *carcere* tantum et de *ademtâ Ibn Zeidouno libertate* dixerit, hic certe versus, cum in contrariam partem nulla se ratio offerat, manifesto arguit, eum vincula non passum fuisse. Ad propriam vero dictionis vim quod attinet, ea vel sic definiri potest, ut in translatione factum est, nempe ut dicat, se quinque annos illos *vincti instar*, h. e., *in eâdem plane ac vinctos conditione eodemque loco*, transegisse, etsi extrinsecus in corpore suo non conspicerentur vincula; vel forte posita est in ambiguâ potestate vocis أسير, quâ proprie quidem *vinctus*, at in universum quoque *captivus* et *carcere detentus* significatur.

Ita accidit mihi, ut suspenditur vas aquarium camelo prae feritate impatienti, et p. 42.
aufert sordes, quae in veste sint, ejus fricatio (227).
An magno hominum numero se cominus offerunt uvae duorum hortorum (Sabae)?
quare ego non ultra enitor, quam ad paucas illas Sidros aut Khamthos (228).

---

(227) Subest, credo, his versibus, qui inter se arctissime juncti sunt, haec sententia: *Uti camelo effero et contumaci suspenditur vas aquarium, ut hoc onere pressus lenior evadat et facilior, utque pannus sordidus exprimi et fricari solet, ut purgetur et niteat: ita mihi quoque carceris calamitas eo exitu accidit, ut fortunae illecebris non amplius decipiar, et qui fastus inesset, penitus ex animo extortus sit.* Sic sane versus sequentes facillimo transitu hos excipiunt. Quod vero أتت بي mutavi in أتت لي, id propterea necessarium fuit, quoniam verbum أتى, cum accusat. quidem pers. et cum ل constructum, notionem *accidendi* exprimit, non vero cum ب constructum. Nec certe mirum videri potest, in tantâ harum literarum similitudine, hanc pro illâ a librariis substitutam esse, praesertim cum praep. ب toties post verbum أتى occurrat. — In scholio, ad vocem مسط adscripto, hoc unum animadvertendum est, quod nomini مِعًى, *intestinum*, foem. genus (فيها) tribuitur. Nec Sacyus enim hoc nomen, quod *singulare* est formae فِعَل (uti إِلًى, *beneficium*, عِنَب, *uva*, caet.), in Gr. Ar. I. 254 N. 675, *foemininorum* aut *communium* numero accensuit, nec Djauharius, cum contrarium manifesto exemplo confirmet, eâ de re ullam mentionem injicit: dicit enim: المِعَا واحد الأَمْعَاء وفي الحديث المؤمن ياكل في معًا واحد والكافر ياكل في سبعة امعاء: *Vox* مِعًا *in plurali formâ est* أَمْعَاء; *sic in Traditione hoc fertur effatum: Credens edit uno intestino (cum nihil edat, nisi quod licitum sit); at qui non credit, edit septem intestinis (cum edat quaecunque sint obvia).* E Camouso autem, in quo haec leguntur: المعى بالفتح وكالى من اعفاج البطن وقد يونث ج أمْعَاء: *Vox* معى *cum Fathâ* (مَعْى), *vel etiam ut* إلى *scripta, significat partem intestinorum ventris; tribuitur autem ei nonnunquam foem. genus; in plurali formâ est* امعاء; ex hoc igitur loco res, de quâ quaerimus, satis constat, quanquam decernere non ausim, utrum forma vocis an significatio ejus effecerit, ut foeminine usurparetur: altera enim hoc efficere potuit, quod forma فِعْل incauto et imperito potius pluralis quam singularis visa fuerit; altera, quod vocibus ejusdem aut similis significationis كَبِد et كَرِش, foemininum genus est proprium. Et huic certe causae tribuendum est, quod ex. gr. vox بَطْن, *venter*, quae Arabibus, contra quam Hebr. בֶּטֶן, masculini generis esse solet, a nonnullis tamen foeminine usurpata est.

(228) Animadvertenda est significatio, nudae voci مَعْشَر hîc tribuenda, *magnae hominum multitudinis.* Ut vero sententia versûs intelligatur, conferendus est locus Corani, Sur. 34: 14, 15: لقد كان لِسَبَأٍ في مَسْكَنِهِم آيَةٌ جَنَّتَانِ عن يمين وشمال كُلُوا من رزق ربّكم واشكروا له بَلْدَةٌ طَيِّبَةٌ ورب

اغر من الاماني Meid. N. 3145.

Nec ea est cogitatio mea, ut inani spe me vota decipiant: profecto enim per cogitationem, ex falsâ specie ortam, camelo coecutienti accidit, ut obvia quaeque anteriore pede percutiat (229):

غفورٌ فأعرضوا فأرسلنا عليهم سَيْلَ العَرِمِ وبدّلناهم بجنّتَيْهم جنّتَيْنِ ذَوَاتَىْ أُكْلٍ خَمْطٍ وأَثْلٍ وشىءٍ من سِدْرٍ قليلٍ: *Erat incolis Sabae in loco quem incolebant, signum (bonitatis nostrae, nempe) duo horti, a dextrâ et a sinistrâ (amnis; ac dicebamus iis): edite de penu, quam largitur (vobis) Dominus vester, et gratias agite illi: (est vobis) regio egregia et Dominus indulgens. At illi longe recesserunt (a fide et virtute); quapropter immisimus in eos ingentem illum aquarum impetum, quo aggeres absumti sunt, et substituimus iis in locum duorum hortorum ipsorum hortos duos (nil) proferentes (nisi) fructum Khamthi et Atsli et paucarum aliquot Sidrorum.* Hos igitur duos hortos, olim excellentissimis fructibus abundantes, deinde vero in locum sterilem conversos, qui non nisi lotos et reliquas id genus, parum jucundo et amaro fructu, arbores offerret, poëtam spectasse apparet, et simul in initio versûs alium Corani locum imitatum esse, Sur. 69: 21—23: فهو فى عيشةٍ راضيةٍ ، فى جنّةٍ عاليةٍ ، قُطُوفُها دانيةٌ: *Talis autem vir constituetur in vitâ jucundâ, in horto excelso, cujus uvae se cominus offerent (carpenti)*; quîcum conferendus est locus, Sur. 76: 14, وجزاهم — جنّةً — دانيةً عليهم ظِلالُها وذُلِّلَتْ قُطُوفُها تَذْلِيلًا: *Et remuneratus est eos — horto — cujus umbrae e propinquo eos tegunt, et cujus uvae (veluti) submissae sunt, (in commodum eorum) depressae.* — Caeterum ex ipso illo Corani loco, quem primum allegavi, vides verba sumta esse, quae auctor scholii, ad vocem الخمط adscripti, a Djauhario citari refert; et hujus quidem sunt omnia, quae scholio illo continentur: scripsit enim in v. خمط: الخَمْطُ ضربٌ من الأَرَاكِ له حَمْلٌ يُؤْكَلُ وقُرِئَ ذَوَاتَىْ أُكْلٍ خَمْطٍ بالاضافة; hîc igitur (saltem in nostro codice, qui praestantissimus est,) vox اكل in illo loco non أُكْل sed أُكُل pronuntiatur: formam utramque lexica offerunt.

(229) Cur in priore hemistichio تغرّنى (cujus lectionis vestigium superesse vides in pravâ lectione Cod. L. تغر بنى) pro تغرّ بى reposuerim, ea est causa, quod verbum غرّ post se habet accusat. personae, *quam* decipis, ب autem rei, *quâ* eam decipis: unde huic praepositioni hîc quidem locus esse non potest. In eodem vero hemistichio satis apparet, universam propositionem أَنْ تغرّنى المنى vice *nominativi* vel *subjecti* sententiae fungi, h. e., ut Arabes hîc dicerent, vice اسمِ كَانَ, cum vox ظنّى sit خَبَرُ كَانَ. In altero versûs membro, vocem وللغر pronuntiandam putans وللغِرِّ, eam vim sententiae tribui, quasi poëta dixisset: وإِنَّ مِنْ ظَنِّ الغِرِّ لَتَخَبُّطًا فى العَشْواءِ. — Ad scholion quod attinet, cum initio ejus, in quo recte dicitur hîc *respectus* (لَمْحٌ) esse ad proverbium quoddam Arabum, praeter lexica conferatur Meidanii liber N. 1522 et 5694; quae autem sequuntur verba, خبط البعير — تتوقى شيا, rursus ex Djauhario, in v. خبط, sunt descripta; at negligentius nec plane integra; ultima denique, جعل الخ, forte in hunc sensum satis commo-

يخبط خبط عشواء Meid. 5694.

Nonne (vota ista), dum me in opinionem inducebant, Pleïades scabellum esse plantae meae, sane (inquam, nonne haec) mollem et aequam reddiderunt genam meam plantae alicujus, qui passum (in eâ) ponebat (230)?

---

dum accipi possunt: *Facit ob cogitationem, ex falsâ specie ortam, camelum coecutientem pede omnia incautum percutere* (h. e. *rem ita proponit, quasi ob — camelus — percuteret*), *significans, cogitationem ita ortam non veram esse.* At nescio tamen, an per ordinariam vim, quae in his scholiis quoque verbo جعل subesse solet (conf. in eâdem pag. vs. 3 annot., et p. 27 vs. 4 a f., p. 48 vs. 9 a f., caet.), alium sensum, valde ridiculum, his verbis subjici necesse sit, nempe ut voluerit auctor: *Fingendo tribuit cogitationi, e. f. s. ortae, camelum coecutientem, qui omnia incautus pede percutit, significans*, caet. Quae explicatio, ut per se ineptissima est, ita cum poëtae verbis ne tum quidem aliquo pacto conciliari potest, si, quae Scholiastae causa erroris exstitisse videtur, pro وَلَّغَر pronuntiaveris وَلْلُغَ.

(230) Si locum hunc, perquam difficilem, jam bene explicasse videor, lector in textu pro موطى substituat مُوَطِّى, et pro أوطات, ex Cod. L. وَطَّاتْ. Juvabit vero, de singulis verbis et sententiis antea paucis exponere, quam quid universo loco exprimi censeam, declarem. Et primum quidem foemininum genus verborum أَرَتْنى et وَطَّاتْ necessario postulare videtur, ut ex antecedente versu vocem المُنى, tanquam utriusque *nominativum* vel *subjectum* (فاعل), repetas; deinde, per vim 1ae formae verbi رأى propriam, ut cum duobus accusat. constructa significet: *habuit* eum *pro* tali, consequens putavi, ut in 4â etiam forma dici possit ex gr. أَرَاه إيّاه صالحًا, hoc sensu: *effecit ut pro bono viro eum haberet*, vel *induxit illum in opinionem, eum bonum virum esse;* porro, ut notum est, voce نَجْم, si articulo finita est, peculiariter dici *sidus Pleïadum* (proprio nomine الثُّرَيّا appellatum), ita ad probandum, in Arabum poësi hoc sidere ob altitudinem ejus *excelsae dignitatis* notionem exprimi, unus hic sufficit versus, qui ultimus est brevis carminis, in *Noct. Arab.* T. I. p. 69 inserti, et cum ibi quidem, manifesto mendo corruptus, sic editus sit:

كم جاهلا فى الثريا وعالما فى الثرى مختفى

metri ratione habitâ et resonantiâ servatâ, in hunc modum restituendus videtur:

(المجتثّ) كَمْ جاهلًا فى الثُّرَيّا وعـالـمًـا هُـوَ خـافـى

Quot insciti in Pleïadibus (versantur), et quot rerum periti latent (in obscuro)!

Hinc igitur non mirum est, si animi superbi fastuque capti somnia figurate sic expressa vides, ut quis dicatur *Pleïadum sidus pro pedum suorum scabulo habere*, h. e. *supra illud ipsum sese evectum opinari.* Quod ad alterum hemistichium attinet, formam 2am وَطَّا (quam, missâ lectione Cod. G., pro 4â restitui) constat significare: *mollem et aequam*, et hinc improprie, *facilem ad ingrediendum et occupandum* alicui viam *reddidit:* sic in Tebrizii comm. ad Hamas. p. 15 vs. 5 legitur: انهم — لا يرعون النواحى التى اباحتها المسالمة ووطاتها المهادنة, *eos non pastum ire in tractus, quos publici juris faceret pax* (*cum incolis culta*), *et faciles ad ingrediendum redderent induciae:* unde satis verisimile est, posse dictionem وَطَّا خَدَّه لِأَخْمَصِ مَنْ يَتَخَطّو, *mollem et aequam fecit genam illius* (nempe, *in terram prostrati*),

Et quando (ex hujus animo) reconciliatum favorem eliciens, (mecum) dicebam: jam venit gratia ejus, identidem perseveravit ira, et continua perstitit indignatio (231).

Nec desiit (enim) me prope ad illum adducere, dum longe aberat accessio ejus, amor nullo termino finitus, et propensio omnem modum excedens (232),

---

plantae alicujus, qui passum in eâ ponebat (conf. in Freytagii lex. usus 5ae formae verbi خطا: تخطّى رقاب الناس, *passum posuit in cervicibus hominum*), in figuratum hunc sensum accipi: *exposuit illum summae alicujus injuriae et maximis malis ab eo illatis obnoxium reddidit;* nec sane latet, cur, si tale quid hoc loco exprimere poëta voluerit, hac ipsâ dictione usus sit: artificiose enim studuit eadem repetere verba, et in maximo sensûs discrimine eundem tamen sonum, et eandem quoque imaginem persequi. — His, quae de singulis sententiae partibus dixi, probatis, sequitur ut universo loco hoc significaverit (coll. vs. seq.): *Quid ego adhuc vanâ spe me falli paterer, et fucum mihi fieri a votis et cupidinibus? Nonne haec ipsa olim, dum nescio quid magni mihi de me meisque rebus in animum inducebant, vilissimae conditionis in quam Rex me detrusit, mihi causa fuerunt?* Et in ultimâ quidem hujus effati parte, vel hoc in universum expressit, vota et cupidines, cum animum suum plane occupassent, eundem, ut assolet, ita occoecasse, ut pericula quae sibi imminerent non agnovisset, nec igitur in tempore studuisset avertere; vel, quod e verbis, solis per se consideratis, non minus probabiliter efficeres, *ipsam* infortunii sui causam spectavit, in eo positam, quod *nimium indulgendo votis et cupidinibus suis*, adversariis ansam et opportunitatem dederit, istis se calumniis insequendi, quae Regem ad iram et ad poenam sibi infligendam adduxissent. Haec tamen explicandi ratio an vera esse possit, itaque alterâ missâ unice probari, infra demum apparebit, cum diversis locis inter se collatis (vid. supra ann. 42 in p. 75), deditâ operâ de causâ inquirendum erit, quae Ibn Djahwaris animum ab Ibn Zeidouno alienaverit.

(231) Ex hoc versu (videlicet ex pronomine ه in voce رضاه) apparet, in antecedente versu certum aliquem virum, nempe Regem Ibn Djahwarem, designatum esse vago et infinito pronomine مَنْ; conf. p. 46 vs. 1 a f. et 47 vs. 8. Sententiarum vero transitus hic esse videtur: *Et in mediâ etiam istâ calamitate quoties me spes frustrata est et miserum in modum vota deceperunt? Quando enim* caet. — Ut autem haud scio, an in lectionem Cod. G., ومستبطا, nulla explicatio cadat, ita ea quam ex L. recepi, sanequam est commoda: 10a enim forma استنبط pp. significat: fodiendo aquam *elicuit*, et variis modis hinc ad figuratum sensum deflectitur. Caeterum patet, poëtam libellos spectare, quos e carcere ad Regem perscripserat, partim querelis, partim precibus, partim vero etiam magnificis laudibus refertos, et quibus plus semel tam certo speraverat, fore ut favorem Regis sibi conciliaret, ut apud animum suum hunc tanquam jam oblatum intuitus fuisset.

(232) Imagine utitur duorum hominum, magno itinerum intervallo a se invicem separatorum, quorum alter, quam longissime potest obviam eundo, efficere studet ut citius cum altero jungatur; dicitque igitur, se quidem amore suo Regi testando, eodemque probando carminibus in laudem ejus editis (vid. vs. seq.), nihil intactum reliquisse, quo intervallum istud odii se inter et Regem tolleret. Quod vero attinet ad usum infinitivorum (*noms d'action*) سَبْق et فَرْط, cum participia vel adjectiva verbalia exspectasses, de eo conf. Sacyi Gr. Ar. II. 222 N. 383. — In scholio, ad finem versûs adscripto, cur idem illud فرط dicatur اسم مصدر أفرط, non مصدر أفرط, ex alio loco ejusdem libri patebit, II. 129 et 130 N. 218; quod autem de voce صاغية annotatum vides, eam vulgo significare *homines, qui in aliquem propensi sunt et ad eum ve-*

Et (studium) inserendi laudationem meam in funiculum εὐαρχίας, quo orbis terrarum ornatus est, cujusque gemmae sunt maximae et praestantissimae (233),

---

niunt expetitum quae ille habet, hoc vero loco liberius translatam esse ad *ipsam* (*animi*) *propensionem*, paucis illustrandum est: et prior quidem illa significatio, ut a scholii auctore ipsis Djauharii verbis est tradita, ita multis locis *Vitae Timuri*, I. 316 init. II. 148 vs. 11 caet., et loco Harir. (edit. Sac.) p. 179 vs. 1 (in quibus صاغية, missâ etymologicâ vocis vi, quam nimium spectasse Djauharius videtur, simpliciter *amicos*, *sodales*, vel *clientes* exprimit) confirmatur; posteriorem vero nec Djauharius, nec Firouzabadius commemorant: ille enim de hac voce non plura retulit, quam quae Scholiastae verbis وصاغية — عنده continentur; hic in Camouso tantum sequentia tradidit: وصاغيتك الذين يميلون اليك فى حاجتهم (Turcicum exemplum, CPoli editum, paulo quidem plura quam haec, sed eodem plane sensu offert). Unde apparet, Golium errasse, cum in lexico suo, Djauharii nomine addito, hanc, et hanc quidem solam, voci isti significationem tribuerit: *propensionis in aliquem*, eandemque igitur sine idoneâ ratione in Cast. et Willm. lexica inde receptam esse; miror autem, in Meninskii quoque lexico, aliam quam Golii, nempe Wankoulii, hoc vero est, Turcici interpretis *Djauharii*, auctoritatem allegantis, vocem صاغية unice explicari: *propensionem animi* in aliquem, cum tamen ex collato ipsius Wankoulii exemplo pateat, hunc eundem fere, quem nos habemus, Djauharii textum, nullo modo ampliorem, ob oculos habuisse. Itaque cum Meninskius etiam, praejudicatae opinioni, ex inspecto Golii lexico ortae, indulgens, non ut par erat auctorem suum reddiderit, hinc manifesto jam constat, insolitam esse vim, vel certe in nullo Arabum lexico notatam, quam poëta in hoc versu voci illi subjecit: et ipsa tamen forma ejus hanc non minus quam alteram tuetur et commendat: cum enim propric sit participium foem., pro diversis quae suppleantur nominibus, diversas exprimit notiones, et subintellecto طائفة, *turbam propensam* h. e. *sodales*, subintellecto autem نفس, *animum propensum*, itaque ipsam *propensionem*, significare potest.

(233) Fieri omnino nequit, ut vera vis prioris hemistichii e translatione Latinâ cognoscatur, cum in hac linguâ, quae articulo plane caret, ejusdem absentia exprimi non possit. Belgice multo magis perspicue sic redderetur: *En het rijgen mijner lofspraak aan een snoer van regering* of *staatsbestuur*, *door welk snoer* enz.: jam enim sentis, poëtam, figurâ satis audaci usum, de *funiculo* loqui, qui, ut *margaritis* solet conseri, ita consertus esset *egregiâ meritisque plenâ imperii gubernatione*, et cujus splendor tam late pateret, ut totam orbis universitatem ornaret. Quare, si mentem suam simpliciore sono expressisset, hoc quidem, credo, dixisset: *Et studium augendi meâ laudatione splendorem imperii, cujus merita toti orbi ornamento sunt;* Ibn Djahwaris vero imperium spectari, non opus est ut moneam. — Figurata illa dictio: نظم الشىء فى نظام كذا, illustrabitur etiam collatis locis *Vitae Timuri*, I. 62 vs. 8, 348 vs. ult. caet., et loco Ibn Khacanis, supra p. 71 in ann. 21, laudato. Quod autem attinet ad vocem وُسْطٌ, quae *medias in funiculo*, et hinc *praestantissimas* gemmas significat, vides eam a scholii auctore pro formâ plur., ductâ a sing. وُسْطَى, foem. τοῦ أَوْسَطُ, haberi; quod tamen dubito, an per linguae rationem probari possit: ut enim forma plur. فُعْلٌ unice propria est formae sing. أَفْعَلُ, nempe si alia huic quam comparativa aut superlativa vis subjecta est, hujusque foem. فَعْلَاءُ: ita forma foem. فُعْلَى, ducta a masc. أَفْعَلُ, si haec comparativum aut superlativum exprimit, pro plur. habet فُعَلٌ (conf. Sacyi Gr. Ar. I. p. 262 sub fin. et p. 263 vs. 4 seqq.); quare equidem puto, formam وُسْطٌ non ad sing. وُسْطَى, sed ad وَسْطَاءُ referendam esse, quam, licet in lexicis nulla ejus mentio fiat, olim tamen exstitisse probabiliter sumi videtur: nam أوسط, cum *medium* significet,

Ex quo in medio corpore ejus (orbis) est balteus, diversis margaritis distinctus, et in capite ejus corona, et in collo ejus linea gemmarum.

p. 43. (Rex autem) avertit a me aurem suam, et obsecutus est adversariis, qui, quotiescunque possunt, pellem meam scindunt (234).

Ego ad metam perveni, cum isti (huic assequendae) essent impares: unde corda eorum evaserunt in latibula simultatum, quarum serpentes sunt albis nigrisque punctis notatae (235),

Dum obverterunt mihi maxillam detestationis et odii (236), nec quidquam in more habuerunt nisi invidiam et aemulationem.

Et postquam me (malo) petierunt, quo nullo pacto dignus eram, et cujus similibus similes mei nunquam tentati sunt (237),

Aufugi; ac si jam dicunt: fuga eum suspectum reddidit, (respondeo:) at fugit etiam Moses, cum de (perdendo) ipso cogitarent Coptae (238).

---

propriâ quidem vi suâ comparativum aut superlativum non exprimit, itaque consequens est, foemininam ejus formam fuisse وسطاء; quae postea demum, quam ipsa vox a propriâ, quam dixi, notione ad impropriam *praestantissimi* transferri coepta sit, per facilem quendam errorem novae formae وُسْطَى cesserit, ita tamen ut plurale وُسْط, semel ab illâ ductum, servaretur, nec وُسَطٌ unquam in hujus locum subierit. — Caeterum verba antecedentis versûs, فبناى قبوله هوى, perperam scholio isti a librario praefixa, et plane igitur delenda esse, non dubitabis: quae autem vera fuerit hujus erroris causa (cum plures unâ excogitari possent), et plane incertum est, et nihil attinet curiosius indagare.

(234) Propria verborum vis est: *a quibus, q. p., in pelle meâ fit scissio;* vult autem: *qui, q. p., me vulnerant et perdunt, et miseriis meis novas accessiones adjiciunt.* Conf. Willmeti lex. in v. أديم, et praeter locum, ibi ex *Vitâ Timuri* citatum, etiam I. 98 vs. 1, II. 4 vs. 4, 580 vs. 6, 826 vs. 4 caet., et Harir. (ed. Sac.) p. 118 vs. 2.

(235) Sensus est: *Ipse ad auctoritatem et honores evectus fui, ad quos isti pervenire non potuerunt: unde, invidiâ accensi, infestissima adversus me odia foverunt.*

(236) De constructione 2ae formae وَلَّى cum duobus accusat., vid. Scholia ad Harir. (ed. Sac.) p. 492 vs. 1, coll. loco in Tebrizii comm. ad Hamas. p. 9 vs. 10 a f.: وولّيناهم صفحة أعناقنا ووجوهنا, *et obvertimus iis latus collorum et vultuum nostrorum*, h. e., *oculos ab iis avertimus.* Patet vero, poëtam in figuratâ hac dictione obliquum, qui solet esse, invidi obtutum spectasse.

(237) Ex his verbis et ex exemplo Mosis, in seq. versu allegato, forte efficeres, Ibn Zeidounum e carcere effugisse ad evitandum *periculum, quod ipsi e propinquo immineret*, itaque inimicos ejus novum quoddam et multo etiam terribilius malum ei parasse; cujus tamen rei cum nulla usquam a poetâ mentio facta sit, simpliciter hoc eum voluisse puto: *Et postquam malo plane intolerabili me petierunt, nempe ut in carcerem conjectum, miserrima haec et taedii plena conditio ad vitae usque exitum me cruciatura esset, aufugi* caet.

(238) Vide locum Corani, Sur. 28: 14 seqq., inprimis vs. 19, coll. Exod. 2: 15. — In scholio, ad h. l. adscripto, caeterum facili ad intelligendum, animadvertenda est dictio رشّح نفسه, quae (nisi pro رشّح

Et equidem jam spero, fore ut redeat mihi, sicut fuit ante, splendida (239) illa (Regis) indoles, et natura illa aequabilitate insignis,

Et mansuetudo viri, qui ob indulgentiam suam crimina obliterare solet, et peccata delere ut deletur linea scripta.

Quid vero tu non donas mihi pro peculiari beneficio intercessionem, a cujus cauterio profecta nota super fortunâ meâ splendeat (240),

---

aliud verbum substituendum sit, quod notionem *excusandi*, *purgandi*, exprimat, quale, eodem fere aut simili literarum ductu exarandum, frustra anquisivi) explicanda videtur ex eâ potestate 2ae formae رشّح, quâ significat: *bene curavit*, *administravit* rem: sic dicunt Arabes رشّح مالَهُ, *bene administravit opes suas* (conf. lexica et Sacyi *Chrest. Arab.*, 2ae edit. T. III. p. 231), et in Schol. ad Harir., p. 7 vs. 5, legitur: وقد رشّح الاستعارة حيث الخ: *bene autem administravit Metaphoram*, h. e., *rite hac figurâ usus est*, *cum caet.* Poterit ergo dictio, quae hîc offenditur, sic forte verti: *bonam animae suae curam habuit*, *causam ejus recte egit*, ut universa loci sententia haec sit: *bene autem egit causam suam in eo*, *quod mox commemorat*, *cum ad repellendam a se suspicionem* (*in quam incurrisset*) *fugâ suâ*, *provocat ad fugam Mosis*, *cui uti et Prophetae nostro — locupletissima salus sit.*

(239) Voce أزهر, foem. زهراء, figurate indolem *eximiam* exprimi, patet etiam e loco p. 58 vs. 2 edito. Conf. Sacyi annot. in *Journ. des Sav.* 1825 p. 29, ubi الخلائق الزهر Gallice vertit: *les qualités brillantes.*

(240) Quo figurata haec locutio intelligatur, animadvertendus est notionum transitus in verbis, quae *signare*, *notam imprimere* significant: cum enim hoc ex. gr. in camelis fieri soleret, ut suos quisque facile agnosceret et a caeteris segregatos haberet, notio *signandi* cum notione *distinguendi* conjungi coepta est: sic ميسم, cum proprie (ut hoc etiam loco) significet *cauterium*, *quo nota inuritur*, et hinc *notam* ipsam *cauterio relictam*, vim quoque accepit *signi cujuscunque naturalis* vel *physiognomici*, *quo quis a reliquis dignoscitur*: hac autem generali notione arctius contractâ, et ad sola signa, e quibus rerum hominumve priva *bonitas* aut *excellentia* apparet, revocatâ, eadem vox ميسم *bonitatis*, *excellentiae*, *pulchritudinis notam*, et ipsam quoque *pulchritudinem* exprimit, et verbi وسم forma neutra وَسُمَ, cujus propria vis est: *notâ praeditus fuit*, unice significat: *pulchritudinis notas prae se tulit*, *pulchrâ facie fuit.* Plura in lexicis exstant, quae latius explicare non opus est: jam enim satis apparebit, poëtam hoc loco ad verbum علط, *notâ transverso collo impressâ signavit* camelum, eandem vim figuratam transtulisse, quae cum verbo وسم ejusque derivatis conjungi solet, et universâ igitur sententiâ hoc voluisse: *Quid vero tu non singulare hoc*, *quod aliis non facile praestares*, *beneficium mihi largiris*, *ut intercessionem suscipias*, *ex quâ ad fortunam meam*, *jam plane adversam* (نكد), *excellentiae* vel *prosperitatis nota redundet et pristini splendoris restitutio.* — Quod ad initium versûs attinet, ipsam verborum vim Latine sic redderes: *Quid vero tibi* (*causae est*), dum *mihi non donas* —: cum enim Arabes dicunt: ما لك لا تفعل كذا, *quid* vel *cur non ita agis?* necesse est, ut verba لا تفعل كذا habeantur pro جملة حالية, h. e. pro *propositione*, *quae statum in quo quis*

Conf. Nöld. Lit. p. 124 n. 5.

Conf. Sacy Gr. 2e édit. II. 385 n. 1.

(Et) cujus odor afferat suavem spiritum ambari rosei, quando miscendo cum hoc conjunctus est moschus niger (241).

Ac si concedit Princeps (rem rogatam, haec erit) generosa gratia, quae curâ levabit animum, in quo continenter inhaeret angustia (242);

Sin vero recusat (omnia) praeter contractionem expansae bonitatis suae, (mecum reputabo) esse etiam in manu Principis, illo superioris, contractionem et expansionem (243).

Atque illius hoc quoquè est:

p. 44. Veluti vespera pluviae incubat ripae fluminis, dum splendent in illâ flores sicut astra rutilantia (244):

---

versetur exprimit: cujusmodi propositio cum semper *accusativi* et potestatem habeat et vice fungatur, nullo plane sensûs discrimine hîc quoque dictionis formam sic mutares: ما لكى لا فاعلاً كذا, *quid tibi (causae est) non ita agenti*, vel *dum non ita agis?* De re universâ conf. Sacyi Gr. Ar. II. 303 seqq., 340 seqq. et 389 seq.; ejusdem vero dictionis duo exempla in Tebrizii comm. ad Hamas. pag. 4â occurrunt, alterum in vs. 16: ما لكى لا تتزوج, *quid conjugium non petis?* alterum in vs. 19: فما لى لم اسمع بها, *quid ergo nunquam de eâ audivi*, pp. *quid ergo mihi (causae fuit) dum de eâ nunquam audivi?*

(241) De العنبر الورد, *ambaro roseo*, mentio quoque fit in versu Ibn Zeidouni, infra ex Abdolwahedio edendo, MS. p. 98 vs. ult. De verbo شعشع autem Reiskius exposuit ad Abulfedae *Annal.* T. II. p. 192 seq. not. *l*, ubi locus exstat ex Hamasâ minore (عسل مشعشع بالماء, *mel mixtum aquâ*), quo constructio, quae hîc offenditur et reliquis etiam verbis *miscendi* propria est, confirmatur. — Quod vero in scholio, ad h. l. adscripto, bis pro الأحمّ substitutum vides الذّكيّ (h. e. vel moschum *purum*, vel moschum *acri odore*), at in ejusdem fine الأحم servatum, manifesto arguere videtur, scholion illud non ab uno auctore projectum esse, sed partem ejus, ab initio inde usque ad الذكى به, alicui deberi, qui in codice suo الذكى scriptum invenerit, partem vero, inde a والمعنى usque ad finem, dein ab alio adjectam esse, qui eandem, quam nostri codices offerunt, lectionem ob oculos habuerit. Conf. quae infra annotanda erunt de p. 58 vs. 1 et de scholio ad illum locum.

cf. Grang. Anth. 145:2.

(242) Dictio تنفّس عن نفْس proprie significat: *quae levabit* vel *tollet ab animo*: est ergo elliptica, eique supplendum nomen, in accusat. positum, quo *moeror* vel *angustia* exprimitur. — Si vero pro ألظّ ex Cod. L. substitueres ألمّ sensus, plane similis, hic esset: *in quo habitat angustia.*

(243) Patet Deum significari, et spectari locum Coran., Sur. 2: 246: والله يقْبض ويبْسط; *Deus autem contrahit et expandit (manum suam, prouti vult negando et donando).*

(244) Describit poëta nubilum tempus, quo velut vespertinis tenebris coelum obscuratum esset, pluviâ cadente, quâ sitientes flores rigati in mediis tenebris illis astrorum instar radiarent. Animadvertenda vero est significatio, quam et formae أزاهر et formae زهْر tribuendam putavi. Quod ad illam attinet, est pluralis τοῦ أزهر, sed *substantive* positi, non item cum *adjectivi* locum tenet (conf. Sacyi Gr. Ar. I. 273 sub f. et seq.,

Consperguntur aquâ roseâ sparsim effusâ, et mox sesè inflectunt quod (velut utrium) ora ipsos imbuunt suavi vino (245).

---

et Tebrizii comm. ad Hamas. p. 3 vs. 9 seqq.). Jam cum أزهر significet *splendentem*, *florentem*, per ipsam hanc notionem probabile est, plurali أزاهر vel *flores* in universum designari, vel certum genus eorum, candore et splendore inprimis conspicuum. Utrum verum sit, decernere non possum: nam de *floribus* hîc agi, ratio quidem loci arguit, non vero demonstrat peculiare eorum genus a poëtâ dictum esse. Duo alii loci hujus libri, in quibus forma أزاهر offenditur, rem aeque dubiam relinquunt: alter est in capite de ذى الوزارتين المشرف ابى بكر محمد بن احمد بن رحيم, cujus, MS. G. p. 195, hi duo versus traduntur, qui primi sunt longioris carminis, ad amicum ذا الوزارتين ابا الحسن بن الحاج perscripti:

(الطويل) سلامٌ كما نمّت بروضٍ ازاهرٌ وذكرٌ كما نامت عيونٌ سواهرُ
تحيّةُ من شطّت به عنك دارُهُ وانت له عينٌ وسمعٌ وناظرُ

Salutem (hanc tibi mitto), sicut (procul a se) odorem spargunt flores in horto, et (ita tui) memor sum, ut dormiunt oculi vigiles (h. e. ut oculi, per somnum non quiescentes, hoc ipso tempore res longe dissitas coram sibi adspicere videntur).

His te salutat vir, quem domus sua a te separatum tenet, dum tamen tu es oculus ejus et auris et pupula.

Alter locus est in capite de الوزير الاستاذ ابى الحسين بن سراج, de quo auctor, MS. G. p. 325, dicit: وكان له — الماءُ بابداعٍ كانّه انتظامُ الجواهرِ، وابتسامُ الازاهرِ، : *Et micabat ille novo ac mirabili dicendi genere, ut putasses margaritas conseri et flores subridere.* — Quod vero ad formam زُهْر attinet, haec, cum sit pluralis ducta ab adjectivo أزهر, زهراء, pro eo quale substantivum suppleatur, diversâ ratione explicari potest. Cum vero frequentissima sit apud poëtas dictio النُّجومُ الزُّهْرُ vel الكَواكبُ الزُّهْرُ, *astra rutilantia*, cumque in hunc locum ob antecedens عشيّ القطر, *vespera pluviae*, unice cadat *astrorum* imago, non dubitavi haec a poëtâ significata esse. Ejusdem vero ellipseos exemplum offenditur in Harir. (edit. Sac.) p. 259 vs. 1: فقال أُقسم بالسَّمرِ والقمرِ، والزُّهْرِ والزُّهَرِ، : *Et dixit: juro per tenebras nocturnas et lunam, et per astra et flores* (conf. scholion, textui subjectum, in quo lectio والزُّهْر merito praefertur alteri والزُّهَر, quae vox ibi significare legitur *tres noctes de initio mensis*); aliud vero etiam, ut puto, exemplum est in versu Alyi ben Mekki, qui exstat in Sacyi *Chrest. Arab.* (2ae edit.) T. I. p. 81, et sic est editus:

(الطويل) بَدَتْ تَمْلأُ الابصارَ نُورًا بحُسْنِهَا فَأُخْجِلَ نورُ الرَّوضِ وَالزَّهْرِ بالزَّهْرِ

videtur ergo pro والزَّهْر legendum esse والزُّهْر, et alterum زَهْر habendum esse pro nomine actionis verbi زَهَر, *splenduit*, quod eandem vim habeat ac زُهور, ut sententia sit:

Quae in conspectum prodit, (omnium) oculos lumine implens per pulchritudinem suam, ac pudore suffunditur lux hortorum et astrorum per illius splendorem.

(245) Patet, ob fragrantem odorem pluviam hîc *aquam roseam* et *suave vinum* dici. In posteriore autem sententiâ hoc voluit: *et mox se inflectunt* vel *complicant*, *quod sustinere et imbibere nequeunt copiosum*

Ac transigebat aliquando noctem in uno ex hortis suis, Hispali sitis (246), ac dicebat (memor aliarum noctium, quas olim eodem modo transegerat):

Quot noctes fuerunt, quibus vini potum continuavimus, donec appareret vis, quam aurora in noctem exerceret (247),
Venissentque sidera matutina se in tenebras injicientia (248), ac terga vertissent sidera noctis, nocte ipsâ profligatâ,
Atque accumulatum possedimus suavissimum ejus quod suave habent voluptates, nec avertit nos cura (a fruendo) nec avocavit perturbatio,
(Neque defuit quicquam), nisi quod, si perpetuae fuissent (noctes illae), diu durasset gaudium meum; at noctes, in amicorum consuetudine transactae, breviore quam oporteret sunt spatio (249).

Nec desiit expetere ut in propinquo (sibi) esset Wallada, sed fieri hoc plane non poterat, et intercedebat quominus ad eam perveniret publicatio sanguinis ipsius et venia data hunc impune effundendi (250), propter malam famam quam reliquerat

---

Conf. versus Hamas. II, 10 a f. et Tebrizii comment.

laticem, qui non guttatim, sed velut ex utrium oribus large demissus, ipsos imbuit. Et hunc quidem verborum sensum esse non tantum suadet vox أفواه articulo non finita, sed magis etiam probabile reddit adhibitus locus e Pseudo-Wakidaei libro inedito فتوح الشام (quem locum ab Alb. Schultensio in Goliani lexici exemplo, de quo p. 67 dixi, adscriptum inveni): نزل المَطَرُ كأَفْواهِ القِرَب, *descendit pluvia sicut ora utrium*, h. e. *sicut latex ex utrium oribus effusus.*

(246) Causa, cur pro hac lectione altera illa in G. substituta sit: *in uno hortorum Hispalensium*, non difficilis est agnitu: mirum enim librario visum fuit, privos hortos vel villas, et plures quidem unâ, Ibn Zeidouno tribui, quae tamen res, si istorum temporum et summae Ibn Zeidouni dignitatis rationem habueris, nihil continet, quod a verisimilitudine abhorreat; conf. supra annot. 39 in pag. 74.

(247) Vocabulum تَأْثِير inprimis usurpatur de *vi* (vel *influxu*, ut ajunt), *quam sidera vel in se invicem vel in alias res exerceant.* Conf. Hamakeri annot. ad *Wakid.* p. 99 et 100. Ut autem per formam suam proprie significat: *vestigium* rei *imprimere et* in eâ *relinquere*, ita eâdem etiam figurâ Arabes dicunt: أثّر قوله فى قلبه *oratio ejus vim reliquit in corde illius.*

(248) Verbo ضرب, cum فى constructo, notio subest *ictum edendi in* rem, vel rem *percutiendi:* unde ut ضرب فى الارض significat: *calcavit terram*, et hinc *incessit per terram*, *peragravit eam* (conf. Gallicum *battre la campagne*), ita ضرب فى الاعداء vim habet *impetum faciendi in hostes.*

(249) Per errorem hîc in textu exaratum est فيهنّ: vides reponendum esse فبهنّ, *in illis.*

(250) Non dubito fere, auctorem sic scripsisse ut in textu edidi, et parvum soni discrimen, quo literae ذ et د a se invicem distant, non curantem, inter se ut ὁμοιοτέλευτα opposuisse فيتعذّرُ et ويهدَرُ; hujus autem rei insolentiam variantis utriusque verbi lectionis et diversis modis a librariis corruptae causam exstitisse: quod enim pro posteriore in G. offertur, وينذر, non prorsus quidem ineptum est, cum verbum نذر significet: *solenniter* rem *addixit devovitque* Deo, sed multo tamen minus hanc notionem, quam eam

in regno Cordobae et terrae ei adjacentis (251), et ob turpia facta, quae attribuebant illi cives ejus, quae Djahwaridarum iram illi concitaverant et hastas eorum in illum direxerant. Cum igitur desperaret de occursu ejus (252), et ab ipso seclusa esset facies ejus, scripsit ad eam, quo perpetuum redderet pactum (amicitiae) ejus, et confirmaret amorem ejus, suumque ab eâ discessum excusaret re molestâ quae ipsi supervenerat et tentatione quam metuerat (253), et certiorem eam redderet, se non levatum esse amore ejus per vini usum, neque exstinctas esse prunas ardentes, quae inter costas suas propter eam exsisterent (254). Hoc autem est car-

---

quae verbo هدر subest, huic loco congruere, nemo non agnoscet. De ipsâ sententiâ, non puto auctorem velle, Ibn Zeidouni caput solenni quodam Principis jussu in regno Cordobensi proscriptum fuisse, sed figuratis verbis hoc tantum exprimere, eum non sine maximâ difficultate et summo salutis suae periculo Cordobam reverti potuisse, nimirum, ut ipse addit, *propter malam famam* caet. Conf. et quod ad formam et quod ad vim dictionis attinet, supra p. 35 vs. 2 et p. 40 vs. 4. Vocem vero sequentem أثر, quam liberius *famam* verti, proprie significare *vestigium quod quis in terrâ reliquit*, satis manifestum est.

(251) Si lectionem in Codd. oblatam, ووالبها, hîc servares, necessario vertendum videretur: *et apud Principem ejus*, nempe *Ibn Djahwarem*; quod ideo non placuit, quoniam mox de بنى جهور mentio injecta est. Hac igitur de causâ pro participio 1ae formae substitui part. 3ae formae, et huic nude posito vim tribui *terrae adjacentis*, quoniam in historicorum libris sat frequens est, ut ex. gr. dicant: واما قرطبة وما والاها, *quod ad Cordobam attinet et regionem ei adjacentem.* Si vero cui per potestatem, 1ae quoque formae propriam, *τοῦ propinquum et contiguum esse*, eadem quam dixi vis participio وال adscribi posse videatur, licet e vulgari linguae usu unice *praefecti* notionem exprimat, integrum ei erit nullo cum sensûs discrimine pristinam lectionem retinere. — In sequente sententiâ, quae ad hanc resonat, duplex causa fuit, cur pro وبوالبها vocem مَوالبها substituerim: altera, quod 3a forma والى nullo modo hîc explicari potest; altera, quod necessario requiritur subjectum, ad quod verbum كان ينسبها referatur. Cum autem inter varias notiones, quae voci مَوْلَى tribuuntur, lexica notionem *civis* etiam offerant, non male, ut puto, eâ quâ usus sum conjecturâ locum emendare conatus sum.

(252) Forma لقيا (sive لُقْيا sive لِقْيا sive denique لُقْيًا pronuntianda sit; conf. Sacyi Gr. Ar. I. 199 N. 534), quae in lexicis non notata est, saepius in hoc libro offenditur, quantum vero comperi, non nisi in carminibus et in ejusmodi sententiae membris quae ad alia resonant. Sic in capite de Motamedo, MS. G. p. 46b, est hoc hemistichium 1ae speciei: لنفسى الى لقيا الحمام تَشَوُّق: *Anima mea cum desiderio prospicit occursum columbarum.* Conf. etiam, ut alios locos omittam, versus 1us carminis, quod sequitur.

(253) Quibusnam in rebus positus et quo tempore Ibn Zeidoun hoc carmen confecerit, infra inquiram; conf. supra annot. 31.

(254) Non insueta in Arabum poësi figura est, ut qui per amorem alicujus aut desiderium vehementi dolore affectus sit, huic *inter costas* vel *ad jecur prunae ardere*, contra vero, qui dolorem illum missum fecerit,

men, quod novitatis (scopum) feriit sagittâ, et extulit sese in (celsissimam) quamque cogitationem et imaginationem, et cursum absolvit (255) cui impares fuerunt Habib et Ibn Aldjahm (256): initium ejus sic se habet (257):

---

huic *prunae exstinctae esse* dicantur; conf. carminis quod sequitur vs. 3us, et versus ignoti poëtae, quem tradidit Jonesius in *Comm. P. A.* (edit. Angl.) p. 22:

Conf. versus in Grang. Anth. 60: 11, 12.

(الطويل) ولم أَدْخُلِ الحَمَّامَ قَصْدِى تَنَعُّمِى فكيف ونارُ الوَجْدِ بين جَوانِحِى

Non intravi balneum quod mihi proposueram oblectatione frui; quomodo enim? dum ignis doloris ex amore orti inter costas meas ardet.

item hic, qui in Hamasâ offenditur, pag. 543 vs. 12, adscriptus للحُسَيْن بن مُطَيْر الاسدى

(الطويل) لقد كنتُ جَلْدًا قبل أن تُوقِدَ النَّوَى على كَبِدِى جَمْرًا بَطِيئًا خُمُودُها

Vir durus fui, anteaquam accendit discessus ad jecur meum prunas, quarum flamma tarde considit.

(255) Ut prima imago a jaculandi certamine petita est, altera a sole in coeli verticem se efferente, ita haec a rapido equorum cursu. Nam verbum نزع in lexicis etiam redditur: *effuso liberoque cursu cucurrit* equus, et e loco, Hamas. p. 158 vs. 10, apparet ei, cum hoc significat, pro nomine actionis esse formam مَنْزَع, quae ibidem vs. 15 a Tebrizio explicatur النُّزوع الى الغاية. Jam vero dictio نزع مَنْزَعًا non secus atque aliae similes, ut جرى مَجْرًى, ذهب مَذْهَبًا, latiorem sensum nacta est, eamque variam pro variis, quibuscum conjuncta sit, sententiis. Sic in capite hujus libri de الوزير الكاتب ابى محمد بن عبدون, auctor, MS. G. p. 233, dicit: الذى أَطْلَعَ الكلامَ زاهرا، ونزع فيه منزعا باهرا، pp. *qui orationem evexit splendentem, et cucurrit in eâ cursum excellentem*, h. e. *qui maxime excelluit eloquentiâ et mirum in modum hanc artem excoluit.* Et in Abulfarag. *Hist. Dyn.* p. 247 vs. 6 legitur: الصين والترك ومن نزع منزعهم, *Sinenses et Turcae, quique currunt cursum eorum*, h. e. *qui in eâdem atque illi sententiâ sunt.*

(256) Nomine Habîbi Abou Temmamum dici, unum, ut ait scholii auctor, duorum illorum, qui prae caeteris gloriâ excelluerunt, quorum alter fuit Albohtori, satis manifestum est; quod vero idem addidit, *fore ut in tertio hujus libri capite horum duorum poëtarum notitia conjunctim impertiretur*, sic intelligendum videtur, ut consilium ei fuerit, alicubi in illo capite, ubi a libri auctore de utroque simul mentio fieret, curiosius de iis exponendi; at in scholiis perpaucis, quae ibi margini adscripta sunt in Cod. G., nullum est, in quo huic promisso satisfactum vidi, nec in ipso etiam opere talem locum reperi, qualis hîc significari a Scholiastâ potuerit; quem tamen ei inesse, non aeque confidenter negem. — De Ibn Aldjahmo, Abou Temmami aequali et amico, ut in eodem scholio traditur, conf. Abulfedae *Ann. Isl.* T. II. p. 190 et 210, et vita ejus ab Ibn Khallicane descripta (Tyd. N. 473). Apparet inde, hunc poëtam, proprio nomine Alyum, inprimis carum fuisse Motawakkilo, Khalifae Abbasidae, propter commune utriusque odium adversus Alidarum gentem, et interfectum esse anno H. 249, cum Halebo in Iracam tenderet, ab equitibus Calbitis (من بنى كَلْب), qui in eum ejusque comitatum impetum fecerant, et quibuscum acerrime pugnaverat. Versus ejus nonnullos laudavit Reiskius ad Abulf. T. II. p. 702 ann. 194, et exstat Abou Temmami carmen 16 versuum, ei profecturo valedicentis, in illius Diwane, cujus versum primum citat Ibn Khallican.

(257) Non facile quis credat, tanto fuisse versuum numero hoc quod sequitur Ibn Zeidouni carmen, ut qui hîc traduntur novem et quadraginta versus, non nisi initium ejus efficerent. Accedit, quod ipsa horum ratio,

inprimis vero, quod ultimi versûs sententia ejusmodi esse videatur, ut secus concludi non possit, quin integrum carmen iis absolutum sit. Quare de duobus unum statuendum est: vel auctorem, cum scriberet واولها, consilium habuisse, primos modo versus tradendi et praeter paucos quosdam, quos hinc illinc excerptos, praemisso omissove ومنها, adjicere posset, caeteros relinquendi, eundem vero mox consilium mutasse et integrum carmen descripsisse; vel ipsum auctorem reverâ tantum primos (ut putabat) et nonnullos forte alios versus in medio posuisse, reliquos autem, ne adeo celebratum carmen desideraretur, deinde a librariis additos fuisse, et sic in ambo, quibus nos usi sumus, exempla transiisse. Nec equidem dubito, utrum horum pro vero habendum sit: triplex enim ratio posteriorem sententiam unice commendat. *Primum*, inter omnes, qui hîc exstant, versus quinque tantum sunt, qui scholiis explicantur, nempe 3us, 4, 8, 28 et 39: quae res ut in tantâ scholiorum copiâ, quibus universum hoc de Ibn Zeidouno caput, et praesertim carmina antecedentia ornata sunt, valde mira foret, si totum poëma jam a libri auctore allegatum esset: ita nihil habet quod mireris, si auctor ipse non multo plures quam hos, quos dixi, versus tradiderit, posterior vero manus caeteros adjecerit. Quamvis enim scholia illa cujusnam temporis sint non certo constet, videntur tamen satis antiqua esse, et saltem utriusque nostri codicis aetatem aliquantum excedere (conf. supra p. 11). *Deinde*, in ipso versuum numero, quos codices offerunt, istiusmodi discrimen est (vid. ann. *q* in p. 44 et seq.), ut, cum palam quidem sit, alterum (G.) e fonte magis aucto quam alterum fluxisse, tum hinc simul probabilius fiat, neutrum auctoris archetypum referre: unde, qui hoc discrimen accuratius expenderit, et eâ cum re illud conjunxerit, quod de scholiorum absentiâ notavi, non dubito quin mecum fere in hoc statuendum conveniat: Ibn Khacanem, licet *initium* carminis se traditurum dicat, non tamen eos versus, qui hîc primi sunt, sed 3um et 4um allegasse, ac deinceps alios nonnullos, e medio delectos, in his certe 8um, 28 et 39 (quos, ut scholiis illustrati sunt, ita uterque etiam codex exhibet); mox autem a librario quopiam versus non paucos, e medio carmine ab auctore omissos, adjectos fuisse, et hinc in Cod. L. receptos; ac postea demum novum incrementum accessisse, nempe et duos versus illos, qui reverâ *primi* essent (conf. locus Safad. in ann. laud.), et alios duodecim, qui in medio carmine adhuc desiderarentur: unde Cod. G., ex exemplo ita aucto descriptus, copiosior etiam quam alter evaserit. *Denique*, si hoc modo e paucis quibusdam versibus integrum poëma exstiterit, multo ad explicandum facilius est, quî in utroque Cod. versus ille, inter 19um et 20um (vid. p. 46 in ann. *p*) positus, quem omittendum putavi, locum nactus fuerit: et vero quisque agnoscit, eo non nisi variationem quandam, ut ita dicam, versûs 45i (p. 48 vs. 8) contineri, nec fieri posse, vel ut duo versus tam plane similes in uno carmine occurrant, vel ut in illo loco (post vs. 19) ejusmodi versus ab ipso poëtâ profectus sit: ut enim post vs. 44 positus nihil habet, quod lectorem offendat, ita in priore loco, ubi pluralem numerum pronominis 2ae pers. continenter usurpatum vides, necesse est ut maximopere suspectus sit subitus transitus ad singularem numerum in vocibus عنكى et منكى. Quare sic statuo: Ibn Khacanem, postquam versum 8um et cum hoc forte unum duosve sequentes in medio posuerat, ipsam carminis rationem, ut fieri solet in ejusmodi excerptis, non multum curantem, adjecisse etiam alieno loco versum illum quem e textu ejeci, et post hunc alios et alios, ut 28um et 39um; hinc, cum totum carmen pedetentim a librariis adscriptum esset, locum tamen servasse versum illum, quem ipse auctor allegaverat, etsi is iterum et suo quidem loco exstaret inter vs. 44 et 46: qui error eo facilius non agnosci potuit, quod aliquantum discriminis esset inter textum, quem Ibn Khacan hunc versum citans secutus est, et eum quem deinde librarius expressit. — His jam expositis, duo animadvertenda restant: alterum, etsi longe absit, ut pro certo haberi queat, non aliquot versus etiam nunc ex hoc carmine desiderari, in nullo tamen libro ex iis, quos contuli (conf. supra laud. ann. *q* in p. 44), unum offendi, quem Cod. G. non exhibeat: quae res eo magis animadvertenda est, quod abunde apparet, tum ex ordine quo diversae carminis partes in Abdolw. Cod. et in Cod. 1005 sunt traditae, tum e variante lectione quae in iisdem offertur, hos ex alio fonte quam illum fluxisse. Alterum, mirum quidem esse, quod Ibn Khacan pro initio carminis versum 3um habuerit, cum in istius generis poëmatibus (القصائد) inprimis requiratur, ut primi versûs hemistichia inter sese resonent (conf. Jonesii *P. A. Comm.*, edit. Angl. p. 78), et eâ de causâ non dubitandum

Mutua longinquitas successit in locum mutuae nostrae propinquitatis, et suavitatem occursûs nostri excepit mutua separatio nostra (258).

p. 45. Nonne, cum adesset aurora discessûs, mane isto nos invasit exitium, et extemplo occupatus nobis fuit nuncius mortis nostrae (259)?

Procul vos abestis, et procul nos absumus; nec tamen madefactae sunt costae nostrae (260), cum desiderio vos prosequamur, nec desiccati sunt anguli oculorum nostrorum.

---

esse, quin et jam in Cod. G. et in Cod. Saf. verum carminis initium oblatum sit; sed in eodem tamen errore fuisse Abdolwahedium, qui أول القصيدة traditurus, a tertio quoque versu incepit (conf. etiam quae de Cod. 1005 l. saepius laud. dixi): unde igitur appareat, hujusce poëmatis, in primis celebrati, duos versus priores mox jam ex hominum memoriâ excidisse, et inde errorem illum in multa exempla scripta transiisse.

(258) Posterius hemistichium, ut in Saf. Cod. legitur, sic sonat: *et vero e deliciis mundi nostri est mutuus noster occursus*, in quâ dictione vox *mundus* eandem vim habitura esset, quam supra habet in Ibn Zeidouni versu, p. 23. vs. 9 edito.

(259) Accusativus حينا, quem codex obtulit, haud scio an nullo modo explicari possit; forte vero etiam praestaret pro وقام legere فقام. Vides autem, poëtam ludere diversâ significatione verborum حان, حَيْن et حين, et, quod ad dictionem قام بنا attinet, hanc conferendam esse cum solenni illâ قام بامر, quam, ut proprie significat: *stetit cum re*, vel *rem tractans*, ita lexica vertunt: *curavit*, *exsecutus fuit rem*, et Baidhawy (in Sacyi *Anthol. Gramm. Ar.* p. 14 Arab. vs. 10) explicat verbis: جدّ فيه وتجلّد, *studio in re usus est et alacrem se gessit:* hoc igitur loco قام بنا ناعينا, *studiose occupatus fuit nobis nuntius m. n.*, simpliciter dictum videtur pro قام بنَعْينا, *occupatus fuit morte nostrâ inter homines divulgandâ.* — Caeterum figuratis verbis hoc, credo, expressit: *Nonne dies ille discessûs mihi velut exitium attulit, ut ex hoc inde vivus ipse per absentiam mihi mortuus videar?*

(260) Conf. supra annot. 254; bene vero auctor scholii, ad h. l. adscripti, docet, per metonymiam, nempe *antecessionis* pro *consequentiâ*, de *costis madefactis* vel *aquâ rigatis* agi, ad significandum *sedatum tristitiae ignem*, *quem* (*inter eas*) *accendisset desiderium.* — Quod autem hîc poëtam verbo et pronomine 2ae pers. plur. usum esse, eundemque dicendi modum ad vs. usque 19 continuasse vides, cum tamen et libri auctor in iis quae praefatus est de unâ Walladâ dixerit, et in ipso carmine non tantum a vs. inde 20 de hac solâ sermo sit, verum etiam in vs. 32 et seqq. ad finem usque, hanc solam appellari appareat ex usu pronominis كِ et verborum 2ae pers. sing.; illud, uti jam supra dixi (p. 88 in ann. 84), non ita explicandum puto, ut pro arbitrio poëta modo plurali numero 2ae pers., modo singulari usus sit, quamvis ad unam Walladam orationem converteret, sed videtur in initio carminis praeter hanc, quam tamen primo loco spectaverit, caeteros etiam amicos appellasse, quos Cordobae reliquerat et sibi carissimos desiderio prosequebatur; tum vero a vs. inde 20 de solâ Walladâ, ut ex omnibus longe dilectissimâ, fusius etiam verba fecisse, ac tandem singulari ad hanc facto alloquio carmen ad plures inceptum terminasse. Et primaria quidem, cur ita statuam, causa haec est, quod vehementer dubito, an poëtae Arabes, si unum aliquem appellant nec plures simul oratione suâ spectant, unquam possint numero plurali uti; nec enim hac in re aut apud Orientales, aut apud reliquas gentes, eadem plane libertas concedi solet, quâ de se ipso loquenti vel singulari vel plurali numero nullo discrimine et inconstanter uti licet.

Parum abest, cum clam vobiscum colloquuntur cogitationes nostrae, quin opprimat nos tristitia, (et opprimeret certo,) nisi solatiis adhibendis (ipsi ei moderaremur) (261).

---

(261) Dictio قضى عليه, quae hîc, ut Scholiastae verbis utar, significat اهلكه واماته, *exitium et mortem ei intulit*, eodem sensu etiam offenditur in Kosegartenii *Chrest. Arab.* p. 86 vs. ult. et p. 87 vs. 2; est autem, ut facile vides, elliptica, et proprie significat vel *sanxit in illum* scil. *sententiam mortis*, vel *consummavit in illum* scil. *vim extremam.* — Integrum vero scholion sic vertendum est: *Singulorum verborum vi consideratâ, haec sententia prodit:* Parum abesset, ut exitium nobis et mortem inferret tristitia, nisi imitaremur eorum exempla, quibus idem quod nobis separationis malum accidit, (nempe tum) cum clam vobiscum colloquuntur corda nostra. *Quod igitur imitando (aliena exempla) prohiberi dicitur, secundum hanc explicationem hoc est, ut ne* parum abesset, ut mors ipsi inferretur. *Quam autem longe illud inferius est archetypo suo* (Gallice verteres: *que son original;* necesse vero est, ut pro أصل legatur أصله), *nempe hoc dicto Alkhansae, signiferae et principis inter poëtrias:*

Ac nisi magnus esset eorum numerus, qui circa me deplorant de fratribus suis, certo memet ipsa occiderem:

Et illi quidem nullum deplorant meo fratri parem; sed tamen animum meum (impotenti) illius desiderio levo per imitationem (exemplorum quae praesto sunt); vel potius, ut videtur, *per adhibitum (ex communi horum malo) solatium.*

Quod ergo illius multorum imitatio prohibuit, hoc est, ut ne semet ipsa interficeret; *desideratur vero haec restrictio (generalis* pereundi *notionis) in versu Ibn Zeidouni, ut ex eodem desideratur certior laudis assignatio ei cujus causâ doletur, negando alium quemquam ei parem esse ex iis, ob quos alii doleant, quemadmodum exhibet illam* (puto enim, hîc pro اقاده substituendum esse اقامه, scil. اثبات المدح للمحزون عليه) *dictum ejus:* Et illi quidem nullum deplorant meo fratri parem. *Ibn Zeidoun igitur non tantâ cautione usus est, quantâ Alkhansa uti studuit: cujus rei veritas inde apparet, quod ii, quorum exempla ille imitatus fuerit, (cogitari possint) patienter tulisse desiderium rei talis, qualis ipse ferret, vel etiam rei hac praestantioris: et illud certe deprimit dignitatem ejus, cujus doletur separatio. Quod vero laus excellentiae constat et permanet orationi eorum, in quorum dialecto Coranus, oratio inprimis facunda, est traditus, res nova aut insolita non est, inprimis vero non est quod ad eos attinet, qui ipso, quo Coranus tradebatur, tempore vixerunt, in quorum numero Alkhansa est: reliqui enim poëtae hos sequuntur suaque ab his mutuantur, et fit quidem interdum, ut scopum assequantur, interdum vero etiam, ut titubent lapsentque, nec bonum exitum habeat illud quod sibi proposuerant. Ei autem, quod priore loco reprehendimus, ita occurri posset, ut verba poëtae* لولا تاسينا *referrentur ad* يقضى علينا, *non ad* يكاد, *et vera vis sententiae sic definiretur:* nisi (exempla aliorum) imitaremur, opprimeret nos (tristitia). *Et hoc quidem non e longo quaesitum est; Deus vero melius novit.* — Vides ergo, me eam verborum structuram, quam posteriore loco Scholiasta proposuit, vertendo expressisse: quod ideo malui, quoniam, ut hanc poëtae menti unice accommodatam esse et usu loquendi satis probari puto, ita altera illa sensum offert plane frigidum et inepte sonantem. Deinde etiam apparet, me verbum تأسّى aliter interpretatum esse, quam ille praeivit: cum enim 5a haec forma *et* significet: *solatium sibi adhibuit* (بذلك, *ex consideratâ eâ re*, vel بذلك الرجل, *ex istius viri (eadem patientis) exemplo*), *et*, cum ب etiam constructum, idem quod اقتدى, *imitatus fuit* aliquem, *exemplum* ejus *secutus est*, scholii quidem auctor hanc verbi vim spectandam censuit, itaque in Ibn Zeidouni versu τῷ لولا تاسينا necessario supplevit

بغَيْرِى, vel, ut ipse dicit, بِمَن اصابه مثل ما اصابنا من الفراق, *nisi imitaremur alios*, vel *eos quibus idem accidit* caet.; at praeterquam quod ista ellipsis satis dura foret, ipsa ea *imitandi* notio nec Ibn Zeidouni nec Alkhansae loco convenit, et in utrumque unice cadit altera illa verbi vis *sibimet solatia adhibendi*, cui in Ibn Zeidouni versu, nihil addendo, latissimus sensus relinquendus est, quae vero in Alkhansae versu per ipsam loci rationem sic definitur, ut τῷ بالتناسى supplendum esse appareat بكثرة الباكين تلك, *adhibito solatio ex magni illius plorantium numeri exemplo.* Nec dubito, quin Tebrizius, in comm. ad Hamas. p. 100 eosdem Alkhansae versus allegans, verbum تاسى in hunc, quem dixi, sensum accipi voluerit: sic enim ille, alius poëtae versum ibi explicans (vs. 9 seqq.): يقول أُعَزِّى النفس عنه مُتَأَسِّيًا بغيرى ممن قُتِل ولدُه وهذا على مذهب الخنساء حيث تقول ولو لا البيتان: *Dicit poëta:* Consolor animum meum quo (interfecti) desiderio temperet, solatium adhibens ex aliorum, quorum filii occisi sunt, exemplo; *hoc autem expressum est ad dicendi modum, quo Alkhansa usa est, canens:* Ac nisi caet. Animadvertendum vero est, in hoc Tebrizii loco (non item in loco ex Schol. ad Harir. infra laudando) alterum Alkhansae versum pro ولاكن أُسلّى النفس عنه sic sonare: ولاكن أُعزّى النفس عنه. — Porro, ad explicationem vocis, quae in scholio offenditur, القيد (male autem ibi typis exaratum est القيد, cum sine dubio pronuntiandum sit القَيْد), nihil amplius requiritur, quam ut lectorem relegem ad Sacyi *Chrest. Arab.* (2ae edit.) T. III. p. 156 ann. 30 (quîcum loco conf. ejusdem eruditissimi viri *Anthol. Gramm. Ar.* p. 53 ann. 74): ibi enim docuit, eà voce, quae proprie significat *compedem*, a Grammaticis exprimi » *tout ce qui sert à restreindre ou à modifier une expression générale ou une définition.*" Ne tamen quis putet, per hanc potestatem vocis قيد fieri etiam posse, ut verbo paulo inferiori, أقاد (pro quo jam, conjecturâ usus, أقام substitui), vis tribuatur *restringendi* vagam et generalem enuntiationem, itaque necesse non esse ut lectio, in Cod. oblata, mutetur: primum enim, quantum scio, nullum exstat in Arabum literis vestigium 4ae formae verbi قاد mediâ ى, et solent Grammatici illam *restringendi* notionem formâ 2â قيّد exprimere (vid. l. l. ex Sacyi *Anthol. G. A.*); deinde, si vel hoc argumentum non constaret, et res ipsa probaretur, difficile tamen foret, locum, de quo agimus, hoc modo expedire: nisi enim tum pro كما أقادهُ قولُها, pronuntiare velles كما اقادةُ قولِها, *cujusmodi est restrictio comprehensa dicto ejus*, non video aliam viam fore pronomen ه explicandi (nam sumtâ illâ significatione verbi أقاد, hoc neque ad antecedens اثبات, neque ad المدح, neque ad نفى cum bono sensu referri posset), quam ut eadem verba sic verteres: *sicut illud est quod restringit dictum ejus*, et hoc quidem sic acciperes: *sicut illud est quod restringendi causâ continet dictum ejus.* — Superest, ut pauca de Alkhansâ memorem. Verum hujus mulieris nomen (cum الخنساء cognomen sit a *simis naribus* ei tributum) in Schol. ad Harir. (ed. Sac.) p. 448 vs. 7 hoc esse legitur: تماضر بنت عمرو بن الشريد السليمية, *Tomadhir filia Amri ben Alscharid, e tribu Solaimitarum.* Nomen illud تُماضِر rarissimum est, et a Praeceptore accepi, non aliud ejus exemplum ipsi notum esse, si excipias uxorem Zohairi, Absitarum Regis, quam Hamiltonus in Anglicâ *Antarae* versione Temadhur appellat. Vox سُلَيْمِيّة (nam sic certo ibi pronuntiandum est) eâdem insolitâ ratione ducta videtur a nomine سُلَيْم, quemadmodum a قُرَيْش non tantum قُرَشِىّ, verum etiam, servatâ ى, قُرَيْشِىّ duci, Sacyus in Gr. Ar. I. p. 241 N. 650

Mutata est facies dierum nostrorum ob desiderium vestrum, factique sunt nigri, p. 46.
dum antea fuerunt noctes nostrae per vestram praesentiam candidae,
Cum tractus vitae temperatus erat per conjunctionem nostram (262), et aquarium ludi clarum per sinceram amicitiam nostram,
Et cum ad nos attrahebamus ramos familiaris consuetudinis, quorum uvae se e

---

docuit. Fuerunt autem inter Arabes duae tribus, *Solaimi* nomen gerentes, ut Djauharius in v. سلم his verbis tradidit: وسُلَيْم قبيلة من قَيْس عَيْلان وهو سُلَيْم بن منصور بن عِكْرِمَة بن خَصَفَة بن قيس عيلان وسُلَيْم ايضا قبيلة في جُذَام من اليمن: *Solaim est nomen tribûs, ad gentem Kaisitarum Ailanensium pertinentis, nempe originem ducentis a Solaimo ben Mansour ben Icrima ben Khasafa ben Kais Ailan; idem vero etiam nomen est tribûs inter Djodzamitas numeratae et in Jemane habitantis.* Jam ad utram harum Alkhansa referenda sit, nullo modo dubium videtur: nam non in *Jemane*, sed in eâ Arabiae parte, quae الحجاز dicitur, eam habitasse, apparet e loco laud. Schol. ad Harir. p. 449 vs. 9, ubi de fratre ejus Sakhro (صَخْر) scriptum legitur: ودفن باراضي بني سليم الى جنب عسيب وهو جبل بقرب من المدينة, *et sepultus est in terris Solaimitarum a parte Asibi, qui mons est non procul a Medinâ situs.* Quamvis igitur ex aliâ quam Koraischitarum tribu oriunda fuerit, nulla tamen difficultas in Scholiastae verbis inest, significantis, majorem illius in poësi laudem propterea non miram esse, quod *eâdem dialecto usa fuerit, in quâ Coranus est traditus.* Nam ab unâ quidem parte fieri potest, ut magis in universum antiquiorum ipsius Arabiae incolarum dialectum eorum dialecto opposuerit, qui et aetate inferiores essent et in remotissimâ Hispaniae regione habitarent; ab alterâ vero parte inprimis etiam animadvertendum est, Koraischitarum dialectum, jam anteaquam Corano vulgato latius ad omnes omnino Arabes pertinere coepit, eam habuisse videri inter politiores auctoritatem, ut si quid literis consignarent, unice fere hac uterentur: quod cum per istorum carminum, quae *Moällacarum* nomine celebrantur, naturam sat evidenter appareat, tum mirum certe non est, si Alkhansae, in Hidjazo prope Medinam habitanti, idioma illud non minus quam ipsis Koraischitis in poësi suâ proprium dictum sit. Alterum quod Scholiasta addit, *eam Mohammedis aetate vixisse*, loco illo in Schol. ad Harir. firmatur, ubi *Islamismum attigisse et Ajescham vidisse* legitur, et ubi porro complures illius versus afferuntur, in his illi, qui in scholio citati sunt, dicti in laudem desideratissimi fratris Sakhri, eodem patre nati, de cujus tristi morte ibidem est expositum. Conf. vero etiam ejusdem libri p. 422, et Sacyi *Chrest. Arab.* (2ae edit.) T. II. p. 413, et *Anthol. Gr. Ar.* p. 47 Arab. vs. 6 a f. Occurrit quoque memoria Alkhansae in *Kitab Alagani*, ut apparet e Moelleri *Catal. Bibl. Goth.* p. 191, et in Hamasâ carmen ejus, tribus tantum versibus constans, reperitur p. 781; conf. etiam Tebrizii comm. p. 214 vs. 4 seq.

(262) Vox جانب hic sine dubio *tractum* vel *regionem* significat, ut figurata dictio petita sit a terrâ, quae cum nec calori nimio nec frigori exposita sit, suavissimâ temperie fruitur. Et puto, eodem etiam modo eam explicandam esse supra p. 27 vs. 9, ubi lectio in Cod. G. oblata: الى جانب — سهل, non, ut p. 95 in ann. 113 perperam dixisse videor, significat *me verto ad latus molle*, sed *m. v. ad tractum mollem et aequabilem*, et itidem p. 38 vs. 5, ubi verba لم يسهل — جانب, p. 129 (coll. ann. 190) reddita: *nullum (mihi) molle foret latus*, melius sic reddidissem: *nullus (mihi) mollis foret tractus.* — Quod ad *aquarii imaginem* attinet, conf. Willmeti lex. in v. ممورد.

Figura est petita a latere montis, denkant van een berg. Conf. ad Hamak. ad Irak. p. 134.

propinquo offerebant (263), ac decerpebamus de eâ (consuetudine) quicquid vellemus.

Riget velim pactum (amicitiae) vestrae pluvia verna gaudii, neque este halitibus nostris nisi herbae odoratae (264).

Quis est, qui (ad nos praesentes) perducat eos, qui per absentiam suam nobis induerunt (vestem) tristitiae, quae in temporis diuturnitate non teretur, nos autem tritos reddet (265)!

Profecto tempus, quod (antea) non desiit nos ad ridendum adigere, cum per eorum propinquitatem familiari consortione fruebamur, jam contra instituit nos cogere ad fletus.

---

(263) Conf. loci Coranici, supra, p. 142 in ann. 228, laudati.

(264) Cum in initio versûs appareat legendum esse لِيَسْقِ, *riget* (conf. Sacyi Gr. Ar. I. 359 sub fin., II. 33 sub f.), consequens est per ipsam sententiam, ut proximò etiam praeterito كنتم vis *imperativa* sive *optativa* tribuatur. Vox autem عهد in priore loco (plane ut in versu, de quo mox dicendum est) nihil aliud significare videtur quam *pactum*, quo nomine per solitam figuram *necessitudinis vinculum*, *quod inter amantes intercedit*, exprimitur; unde, cum scholii auctor pro عهدكم explicationis causâ simpliciter وِدّكم, *amicitiam vestram*, substituere debuisset (conf. supra p. 25 vs. 5 a f.), minus bene hac satis ambiguâ paraphrasi usus est: زمان عهدكم اياى, *tempus quo vos me visitabatis* vel *frequentabatis*. Vult vero poëta: *Amicitiae, vobiscum cultae, cogitatio mihi semper cum gaudio conjuncta sit, vestrique memoria continenter in pectore meo suavissimum desiderium foveat.* — Versus, quem ob insignem dictionis similitudinem in scholio cum hoc collatum vides, et vago nomine *alii illi* poëtae adscriptum (nec equidem novi, quis significetur; si vero pro الآخَرِ pronuntiandum videatur الآخِرِ, *recentior ille*, sicut supra, p. 40 vs. 6 a f., opposita vox الأوّل occurrit, Scholiasta magis finite talem poëtam dixerit, qui Ibn Zeidouni aetate inferior, ad hujus exemplum suum hunc locum imitando conformaverit), sic, credo, vertendus est:

Rigat pactum juvenilis amoris (الصِّبَا) *effusio pluviae vernae, et horti instar efflorescit illo tam oppidanus quam deserti incola,*

ut sensus sit: *quemadmodum pluvia verna, in terram effusa, vim ei insitam elicit, et hortos amoenos exsistere facit, ita amor juvenilis omnes omnino homines vegetâ alacritate perfundit, et e naturâ eorum florem vitae viriumque excitat.* De vi 2ae formae روّض dignus est qui conferatur locus in Schol. ad Harir. p. 403 vs. 11 a f.

(265) Patet, vim verborum esse: *Utinam quis esset, qui — perduceret* caet. Per leges autem grammaticas nullo discrimine vel, sicut edidi, مَنْ مُبْلِغُ ٱلْمُلْبِسِينَا, vel, secundum alios, ut annotavi, Codd., مَنْ مُبْلِغُ مُلْبِسِينَا, legi potest: ex illâ enim lectione vox ultima ipsa in genitivo casu est posita, pronomen autem ei additum in accusativo; ex hac contra voci ipsi accusat., pronomini vero genit. casus tributus est; conf. Sacyi Gr. Ar. II. 146, 148 et 149 N. 245, 2°, 248 et 249. — Verba مع الدهر vel (ut vertendo expressi) signifi-

Irritati sunt (266) adversarii, quod nosmet invicem rigabamus potu amoris, et imprecati sunt ut fauces nostrae praefocarentur (potu illo), ac mala fortuna annuit votis:

Unde solutum est quod fuerat connexum in animis nostris, atque abruptum quod fuerat conjunctum in manibus nostris (267).

Et cum ita soleremus affecti esse (268), ut ne metueretur quidem separatio nostra, hodie conditio nostra ea est, ut ne speretur quidem mutuus occursus noster.

---

eant: *non obstante tempore* scil. *quod prolabatur et transeat*, vel forte etiam reddi possunt: *cum tempore*, ut sensus sit: *quae ita plane ut tempus, ipsa non teretur et tritos nos reddet* (conf. versus supra allegatus, p. 84 in ann. 67). Utrum vero probes, certe lectio, in Cod. 1005 oblata, مَدَى الدهر, *dum tempus duret* (vid. p. 59 vs. ult.), multo minus huic loco convenit, et ab incauto imperitove librario profecta videtur.

(266) Si, ut in lexicis traditur, activa forma غاظ, cum accusat. pers. constructa, significaret *iratus fuit illi*, passiva forma غيظ non eam vim habere posset, quae tamen in Cast. lexico ei tribuitur, τοῦ *irritatum esse* vel *irâ inflammatum*, sed necessario vertenda esset: *irae fuit* vel *fuerunt qui ipsi irati essent*. At aliter res se habet., et error inde ortus videtur, quod Golius, quem reliqui secuti sunt, Djauharium male intellexit: in hujus opere sequentia exstant: الغَيْظُ غَضَبٌ كامِنٌ للعاجز يقال غاظه فهو مَغيظٌ — قال ابن السِّكّيت ولا يقال اغاظه — وغايظه فاغتاظ وتغيّظ بمعنًى, quae in hunc, credo, sensum accipienda sunt: nomen actionis غَيْظٌ, per vim istis formis propriam, vulgo *passive* sumtum, significare *iram occultam illius cui vires ad vindictam desunt;* verbo vero ipsi, cum accusat. constructo, vim subesse *irritandi, ad iram commovendi*, unde part. pass. مَغيظٌ (pro مَغْيُوظٌ) *irritatum* vel *iratum* designat; porro 3ae formae eandem potestatem esse ac 1ae, 8â autem (in Golio male scriptum est VII) et 5â vim passivam exprimi; 4ae formae usum ex Ibn Assikkîti (conf. Sacyi *Anthol. Gr. Ar.* p. 137 ann. 116) sententiâ non licitum esse. Quae in Camouso leguntur, eodem sensu sunt, nec plura docent, nisi 2ae etiam et 4ae formae eandem ac 1ae et 3ae vim tribuendam esse. Conf. vero inprimis locus Harir. (edit. Sac.) p. 472 vs. 5, ubi in scholio adscripto verbum غظّت explicatur τῷ أَغْضَبْتَ, *ad iram concitasti;* locis autem Corani, Sur. 48: 29 et 26: 55, quos Willm. in lexico attulit, unice etiam convenire vides eandem hanc significationem, non alteram illam e Golio male inductam: nam in priore verba: لِيَغيظَ بِهِم الكُفّارَ, sine dubio vertenda sunt: *ut per eos* (h. e. *per eorum prosperitatem*) *impios irritet;* in posteriore Pharaönis dictum: وإنّهم لنا لَغائظون, significat: *et isti scilicet iram nostram provocant.* — Caeterum figuratis poëtae verbis haec sententia subest: *Aequo animo non tulerunt adversarii, quod nos e mutuo amore tantam voluptatem caperemus: quare imprecati sunt, ut gaudium illud nostrum in acerbissimum dolorem verteretur.*

(267) Sensus simpliciter hic est: *Unde cum locorum intervallo a nobis invicem separaremur, finis est impositus intimae familiaritati illi, quâ olim animos et dextras junctas inter nos habebamus.*

(268) Lectionem receptam bene se habere puto, et eandem potestatem hîc voci قد et aöristo sequenti tri-

Putabamus desperationem (illud effecturam esse), ut accidentia ejus nos curâ amoris levarent; jam vero desperamus, et cur tandem desperatio nos amori devinctos reddit (269)?

O utinam scirem, dum nos non in gratiam recepimus adversarios vestros, an (forte) adversarii nostri felicem sortem assecuti sint, (a vobis) in gratiam recepti:

Non foret hoc jus nobis debitum, ut hilarem redderetis oculum ejus qui nobis invideat, nec ut gaudio afficeretis eum, qui clandestinum erga nos odium in pectore foveat (270):

Nos, postquam a vobis discessimus, nullum consilium praeter fidem vobis praestandam firme in animum induximus, nec alium morem praeter hunc constanter observandum suscepimus (271).

---

buendam esse, quam in loco Corani, Sur. 2: 139, ubi verba: قَدْ نَرَى تَقَلُّبَ وَجْهِكَ فِى السماء, significant: *Videbamus saepe* vel *solebamus videre faciem tuam incertam se in coelo vertere;* conf. Ibn Heschami locus in Sacyi *Anthol. Gr. Ar.* p. 87 Arab. vs. 14 et 15.

(269) Denuo hunc locum consideranti mihi plane persuasum est, lectionem e codice editam, ويغرينا, satis commodum sensum non offerre, levi autem mutatione factâ pro eâ substituendum esse ويُغْرِينا, ut inter se a poëtâ opposita sint verba أَسْلَى et أَغْرَى, quorum ut illud significat: *aegritudine* vel *desiderio levavit*, ita hoc sine dubio vim habet *faciendi ut quis in* rei *cupidine infixus sit:* conf. quod de 1â formâ غَرِىَ et etiam de pass. 4ae formae أُغْرِىَ in lexicis notatum est. Sententia igitur versûs haec est: *Putabam mentem meam desperationi indulgendo eo stuporis perventuram esse, ut desiderium vestrum missum faceret; cur vero exspectationem illam exitus tam plane frustratus est? quo enim magis despero, hoc magis in amore vestro infixus sum.* — De dictione, quae in fine versûs offenditur, supra exposui p. 147 et 148 in ann. 240.

(270) Animadvertendus est usus praep. فى post verbum كشح, cum lexica tantum tradant illud construi cum ل pers.

(271) De figuratâ hac potestate verbi تقلّد, quod proprie fignificat: *collo suo induit* torquem, inprimis conf. Tebrizii comm. ad hunc versum, in Hamasâ exstantem, p. 127 vs. 4:

(الطويل) فأَدْرَكْتُ ثارِى والذى قد فعلتُمُ قَلائِدُ فى أَعْناقِكم لم تَقَطَّعِ

Ego assecutus sum vindictam meam; quod vero vos fecistis, torques sunt (opprobrii) in collis vestris, qui dissolvi non possunt,

ubi docet, Arabes comparare rem quae alicui adhaeret nec ab eo recedit, cum torque in collo gesto, et simul addit: ويقولون تَقَلَّدَ الامرَ اذا أَلزمه نفسه, *et in 5â verbi formâ dicunt:* تقلد الامر, rem velut torquem sibi induit, *quando eam assidue sibi adhaerentem reddidit.* Conf. etiam, quae de vi vocis تقليد in Sacyi *Anthol. Gr. Ar.* p. 61 ann. 137 sunt tradita.

Ne putate, vestram a nobis absentiam mutaturam esse animum nostrum, si diutina fuerit: non mutat locorum intervallum amicos.

Per Deum! non quaesiverunt cupidines nostrae quod vicem vestram expleret, nec a vobis se (quoquam) averterunt optata nostra.

O fulgur, quod per noctem incedis, mane adi palatium, et in hoc fausta quaeque apprecare alicui, qui merum amoris atque amicitiae nobis bibendum praebuit (272),

Et quaere ibi, an memoria nostri lassum reddiderit sodalem, cujus memoria nobis (hoc) vespere (grata carmina) caneret (273).

Ex domo regiâ Deus eum veluti moschum prodire fecit, cum (caeteros) mortales ita creare constituerit, ut lutum sint (274),

---

(272) Videtur poëta hoc carmen vespere cecinisse (conf. vs. seq.), ac propterea verba يا سارى البرق, in eum, quem expressi, sensum satis commode accipi possunt; unde autem lectio القطر, quae in Abdolw. Cod. pro البرق offenditur, orta sit, non difficile est agnitu: incautus enim librarius, cum verbo sequenti فاسق propriam vim (*et riga*) tribueret, necesse esse judicavit, ut non *fulguris*, sed *pluviae* nomen antecederet. — Caeterum, uti evidens est, in hoc et in sequentibus versibus Walladam spectari, ita perquam notabilis est *palatii* facta mentio: cum enim et ipsa rei ratio, et historia doceat (conf. Conde l. l. II. 4 sub f.), Djahwaridas, postquam in Omayadarum imperium successerant, eorundem regiam domum occupasse, hic locus arguere videtur, vel partem aliquam *hujus* palatii Walladae reliquam factam esse, in quâ libere habitaret (nam conditione prorsus liberâ eam usam fuisse, aliunde patet), vel privam ei in Cordobae urbe domum concessam esse, quam satis amplam et regio ornatu excultam, ideoque vulgo *palatium* dictam, poëta hîc significaverit. Utrum placeat, ab unâ quidem parte animadvertendum est, Walladam, cum fere unica de pristinorum Regum gente superstes esset, per sexum suum novae Regum familiae in suspicione aut metu esse non potuisse; ab alterâ vero etiam, Djahwaridas moderatissimi ingenii laudem habere, ac praeterea sat magnâ causâ inductos fuisse, ut Omayadarum memoriam grato animo et reverentiâ prosequerentur.

(273) Apparet, credo, poëtam de consulto inter se opposuisse sonos et formas similes verborum عنّى et غنّى, nec igitur pro priore legendum esse in 1â formâ عَنَى (*an memoria nostri cordi sit sodali*), cui ipsa metri ratio aliquantum obstaret; conf. Ewaldi liber *de Metris C. A.* p. 63 et 64. Nonnihil autem haesi in verbis postremis أمسى يغنّينا, haud adeo quod mirum videbatur, posterius hîc figuratum sensum habere *gratissimum oblectamentum* alicui *praebendi*, quam quod incertus eram, quo pacto in hanc sententiam *imperfectum* caderet: hujus enim temporis notionem τῷ أمسى يغنّينا non minus necessario subesse, quam si scriptum legeretur كان يغنّينا, quisque agnoscet. Unde jam opinor, poëtam hoc expressisse: *Quaere tu* (*si mane crastini diei eo adveneris*), *an memoriam nostri*, *ut gravem sibi et molestam*, *missam fecerit amica*, *cujus memoria testari tu poteris*, *quantopere nos hoc vespere oblectaret.* — Vides vero, eum ab hoc inde versu ad 27um usque de amicâ suâ tanquam de *viro* loqui, quoniam masculino nomine الفّ eam hîc designavit.

(274) Conf. locus Corani, Sur. 17: 63, et alii similes. — In priore autem versûs parte sine dubio poëta spectavit traditionem aliquam, quae inter Moslemos fertur, de Angelis vel Geniis ex moscho vel odoribus creatis; et moschi etiam odor inprimis Paradiso tribuitur, unde martyres in bello sacro eundem habere dicuntur.

Vel cudit eum (ut exsisteret) moneta pura puta, et coronam ei imposuit ex auro sincero, novum opus et pulcherrime elaboratum condens (275).

Quando placide incedit, gravant eum propter vitae commoditatem margaritae monilium, et vulnerant eum periscelides ob mollitiem (276).

Sol ei est nutrix in lucido quo micat nitore; verum quid dico? non nisi interdum illi retectâ facie apparet (277).

---

(275) Cum simpliciter poëta dicere potuisset: *Vel conflavit eum ut integer exsisteret massa argenti purissimi, et coronam eidem ex auro pretiosissimo imposuit*, ideo, ni fallor, *monetae* vel *argenti signati* vocabulo usus est, ut non *inconditae* molis, sed *subtiliter elaboratae et eleganti figurâ excultae* notionem una exprimeret.

(276) Quod e Cod. in textu est editum, تاوّد, *incurvatus fuit*, a loci ratione plane alienum duxi: quare conjecturâ usus vertendo expressi verbum تَوَأَّدَ, nec dubitassem hoc in textum recipere, si, ut constat, 5am formam illam, non minus quam 8am اِتَّأَدَ, significare: *placide progressus fuit* in incessu suo (conf. Schol. ad Harir. p. 286 vs. ult.), ita exemplis probare potuissem (quod mihi quidem sat verisimile videtur), etiam non addito فى مشية eidem vim subesse *placide* vel *commodo suo incedendi*. Vocem تَوم vero, quam pro قوم substituendam esse nemo non consentiat, lexicorum auctoritate inductus pronuntiandam indicavi تُوْم; jam autem ex novo Freytagii lexico didici, pluralem hanc, vel potius *collectivam* formam, cui pro singulari est تُومَة (non تُوْمَة; conf. Schol. ad Harir. p. 439 vs. 4), vocali *Dhamma* instruendam esse. Porro etiam vox penultima in textu male exarata est البرى: patet enim, البُرَى legendum esse, quae forma est plur., ducta a sing. بُرَة; haec autem vox idem quod خلخال significat, nempe *compedem* (fere *auream* vel *argenteam*), *quâ Arabum mulieres infimam tibiam ornant.* — Puto igitur, hanc esse versûs sententiam: *Membra ejus per vitam lautissimam omnibusque bonis abundantem adeo mollia et delicata sunt, ut, si vel placido gressu incedit, margaritae, in collo incubantes, sat grave ei onus sint, et periscelides, inter eundum tibias prementes, sanguinem iis excutiant.*

(277) Etiam hic locus, ut e Cod. in textu est editus, manifesto mendo corruptus videtur: ultima enim vox prioris hemistichii اكلّته, sic ut metrum postulat pronuntiata, aut nullum sensum habet, aut, Castello auctore, *coronam ejus* significat. De quâ vocis vi si vel plane constaret (et mihi certe *forma* ejus, ut a Cast. traditur, أَكِلَّة, valde suspecta est, nec dubito fere, quin, sicubi exstet, aut أَكِلَّة pronuntianda sit, ut *pluralis* forma, ducta a sing. non usitatâ كَليل, pro إكْليل; aut, si reverâ *singularem* eam esse appareat, إكِلَّة, quae forma sit contracta ex إكْلِيلَة, itaque a masc. إكْليل non insueto modo sic inclinata, ut ob accedentem foemininum exitum penultima litera quiescens sublata sit), non video tamen, quî *coronae* vel *coronarum* notionem cum hujus loci sententiâ satis bene componeres. Quare conjeci, pro فى اكلّته legendum esse فى الاحته, et 4am hanc formam verbi لاح, cujus significatio nota est, et unice hîc requiri videtur, jam in

Duntaxat splendentia astra infixa videntur in mediâ areâ ejus, quo eximium (huic) decus et pulcher ornatus adderetur (278).

Non nocet (279), quod nulli adsunt ei pares nobilitate generis: in amore enim sufficit is, qui nobis (ex aequo) retribuit.

Et tu, lenis Euri flatus! transfer salutationem nostram ad aliquem, qui si non obstante locorum intervallo (nos) salutaret, (novae) vitae nobis auctor exsisteret (280).

O hortum, qui diu (jam) est, quod oculos nostros celavit, rosam, quam recenti vigore nitentem retexit eurus, rosamque caninam (281)!

---

translatione expressi. Dicit igitur poëta, splendidam amicae speciem quam posset maximâ laude praedicans, *Solem ipsum* (quem nimirum Arabes foeminino nomine appellant) *nutricem ei esse in lucendo*, h. e. *materiam ei atque alimenta suggerere, unde mirum illum in modum fulgeret.* Jam autem, quasi veritus, ne quid subesse huic effato videretur, a verecundae mulieris honestate et continentiâ alienum, ipse quod dixerat corrigens (haec enim vis est particulae بَلْ; conf. Sacyi *Anthol. Gr. Ar.* p. 107 Arab.), non infacete addit: *Verum quid dico?* caet. Quibus igitur verbis significat, plerumque eam a Solis luce secretam, intra parietes domûs se continere, aut si prodiret, vultum habere tectum velamine.

(278) Eadem verborum vis est, acsi dixisset poëta: كأنّه لم يثبت — الّا زهر الكواكب, *non aliud quidquam infixum videtur — quam splendentia astra;* conf. quae de voce الّا Sacyus tradidit in Gr. Ar. I. p. 419, coll. II. 331 sub f. et 337 N. 617. Mira autem foret conjunctio vocum صَحْن et رَحْبَة, si, ut haec idem quod ساحة, *aream amplam, cavaedium*, significat, ita illa etiam per se *mediam domum* vel *impluvium* exprimeret; ex ipsis vero lexieis (conf. Kosegartenii lex. *Chrestomathiae* adjectum) apparere videtur, vocem صحن simpliciter *medium* significare, nec nisi subintellecto alio nomine istam *impluvii* notionem exprimere: unde hoc loco فى صحن رحبته eodem modo verti, acsi scriptum esset: فى وسط رحبته, quanquam non diffiteor, mihi multo magis placiturum, si aut eidem voci *pavimenti* vis tribui posset, aut alia facile pro eâ substitui, cui haec potestas propria sit. Patet enim de pavimento lithostroto hîc agi, quo impluvium domûs Walladae, ex more Orientalium ditiorum, ornatum esset, quodque eam haberet speciem, quasi integrum sideribus, et ex horum quidem numero iis, quae prae caeteris niteant, consertum esset.

(279) Vides significari: *Non obstat ei, quominus amicitias contrahat.* — In fine autem versûs, si verba من يكافينا bene explicui, pronomen illud primae pers. plur. *generaliter* accipiendum est: quod ad solum poëtam referretur, si verteres: *qui nobis*, h. e. *mihi*, *est similis.* Nescio vero, an ea significatio τοῦ *similem ac parem esse*, quam cum 3ae formae كافى Golius adscripsisse *videretur*, Castellus in suum librum transtulit, satis incerta sit.

(280) Evidens est, 4am formam احيى hîc sensum habere *restaurandi* vel *erigendi* afflictum. — Vix autem dubito, quin vel ordo carminis hoc loco (et saepius forte) turbatus sit, vel aliquot versus desiderentur, inter hunc et sequentem a poëtâ interpositi: ne enim alias rationes afferam, quae unice in sensu vertuntur, mirum certe foret, et a poëtarum Arabum consuetudine alienum, si eadem vox الصبا et hîc, et in versu qui hunc statim exceperit, eodem plane sensu usurpata fuisset.

(281) Si hunc versum bene edidi et verti, expressâ lectione I. Khac. L. (nec enim ea tantum, quae in G. offenditur, nullum sensum habet, sed etiam melior illa, ut imprudenter dixi, lectio, quam Abdolw. Cod. of-

Et o paradisum, per cujus splendidum ornatum impleti fuimus optatis varii generis, et diversissimae speciei voluptatibus (282)!

Et o locum deliciosum, per cujus bonorum affluentiam excelsâ dignitate fruiti sumus, (induti) veste pictâ deliciarum, cujus syrma aliquamdiu traximus (283)!

Nomen tuum non expressimus reverentiae et honoris causâ, dum summa tua dignitas facit ut eâ re supersedere possimus:

Cum enim tu unica sis nec socium habeas in ullâ dote, sufficit nobis (sola) descriptio pro manifestatione et declaratione explicitâ.

O hortum aeternae felicitatis! (jam) commutavimus cum limpidâ aquâ ejus et

---

fert, tum demum probari posset, si pro لَواحظنا pronuntiasses لُواحظنا, et 4ae formae verbi جنى, contra quam omnia lexica suadent, vim *transitivam* tribuisses *faciendi ut* quis *carperet:* unde nimirum haec sententia exsisteret: *O hortum, qui diu fuit, quod oculos nostros carpere fecit rosam*, h. e. *qui diu oculos nostros oblectavit adspectu rosae* caet., quanquam dubito quoque, an non dictio طال ما eam potius, quam in translatione expressi, quam hanc, quae jam sumenda foret, vim habeat; conf. Harir. (edit. Schult.) I. 20 vs. 5, (edit. Sac.) p. 15 vs. 7), animadvertenda est constructio 4ae formae أخفى cum gem. accusat., cujus in lexicis quidem nulla facta est mentio, at in versu abhinc undecimo, p. 48 vs. 3, etiam, nisi fallor, exemplum exstat; conf. quae ad illum locum mox annotabo, ac porro memineris, alia verba, quibus *celandi* notio subest, ut e. gr. كتم tam in 1â quam in 2â formâ, istoc modo construi solere. Vult autem poëta, et hîc, et in duobus qui sequuntur versibus, *locum* appellans, in quo olim Walladae consuetudine fruens, beatissimam vitam degisset: *O sedem amoenitate plenam, quae diu jam a nobis per absentiam nostram pulcherrimam puellam abscondis!* Quod vero, figuratis verbis usus, de *rosâ* loquitur, *quam eurus retexisset*, apparet, credo, significari *rosam, quae leni hujus venti afflatu ex involucris suis in conspectum prodiisset.* — Caeterum de flore, qui النَّسْرِين vocatur, conf. versus, a Kosegart. in *Chrest.* p. 171 sub fin. editi.

(282) Loci ratio requirere videtur, ut hîc voci حياة similem vim tribuas, atque in antecedente versu voci روضة, et in sequente voci نعيم: quare *Paradisi* notio, in Cast. lexico ei adscripta, unice quidem placet, nec tamen dubito, quin ille nimis absolute hoc dixerit: facile enim apparet, eandem illi locutionem in suo auctore ob oculos fuisse, quam Freytagius in lex. commemoravit, nempe الحَيَوة الطَّيِّبَة, quâ Arabes tum *victum licitum*, tum *vitam suavem* et hinc *Paradisum*, exprimunt. Quod igitur poëta hoc loco nudae voci حياة istiusmodi vim subjecit, satis est notabile, et inde praesertim explicandum puto, quod per contextam orationem metus ipsi non esse videretur, ut quid vellet omnes intelligerent. — Voces ضروبا et افانينا hîc per *appositionem*, ut ajunt, cum vocibus منى et لذات junctae sunt, itaque ab Arabibus harum تَوابِع, et quidem تَوابِع مُؤَكِّدَة dicerentur; conf. Sacyi Gr. Ar. II. p. 224 N. 387 seqq. et p. 392 N. 750 seqq.

(283) Voce نَعيم, quae *voluptatem* significat, absolute positâ *Paradisum* etiam exprimi, docet locus e *Vitâ Timuri*, in Willm. lex. citatus, II. 424 vs. 3, ubi τῷ جحيم المُنازَلَة, *Gehennae digladiationis*, opponitur نعيم المُغازَلَة, *Paradisus confabulationis amatoriae.* Quod vero ad وَشْى attinet, non *colorem et picturam* vestis hoc loco significat, sed ipsam *vestem coloratam et pictam.* Conf. Judic. 5: 30.

dulci latice Alcautsari fructus Zakkoumi et tabum de damnatorum corpore effluens (284).

Perinde est, acsi nunquam nos (duo) noctem (inter nos) exegimus, dum tertia ad

---

(284) Per ea, quae supra, p. 87 in annot. 83, dixi, veritus sum hîc vertere: *O hortum aeternae felicitatis, pro* cujus *aquâ limpidâ* caet.: cum enim vox جنّة additam sibi vocem habeat quae articulo restricta est, postulari diceres, ut in initio propositionis *relativae*, eidem subjunctae, pronomen التي adesset. Et in hanc tamen legem, quam caeteroquin constantissime Arabes observant, si qua exceptio cadere possit, equidem hoc loco eam facile admitterem: suus enim quemque sensus docebit, restrictionem, quae *hîc* per additam vocem الخلد in voce جنّة locum habeat, formâ magis externâ (لفظًا), quam sensu (معنًى) se prodere, cum poëta, vocabulo usus quod *τῷ Paradiso coelesti* proprium est, non tamen *τὸν Paradisum*, sed figurate alium locum, ob delicias cum illo comparatum, spectaverit. — Nomine *Alcautsari* significatur fluvius Paradisi, ex quo reliqui originem ducant, de quo qui mira Arabum commenta cognoscere velint, interpretes ad Coran. 108: 1, et Herbelot. in v. *Cautser* adeant. Nec dubium fere videtur, quin alius itidem Paradisi fluvius hoc loco voce سَلْسَل designetur, nempe is, qui finitimo *Salsabili* (السَّلْسَبِيل) nomine celebrari solet; cujus rei probabilitas ut pro parte increscet, collato scholio quod Sacyus in *Chrest. Arab.* (2ae edit.) II. p. 509 in ann. 7 edidit, ita cum Scholiastâ illo non putarem, السلسل et السلسبيل nomina esse *diversorum*, quae Arabes in Paradiso collocent, fluminum. De arbore infernali, cujus hîc mentio fit, الزَّقُّوم dictâ, et de *τῷ* غِسْلِين conf. loci Coranici, Sur. 44: 43 et Sur. 69: 36. — Quod vero ad verbum أبدلنا attinet, in 1â ejus formâ dicitur: بدّل شيئًا بشيءٍ, *commutavit rem cum re* (de consulto autem ambiguo hoc Latinorum verbo usus sum, ut ambiguitatem Arabici quodammodo redderem: ut enim Latine et dictum reperis *commutare mortem cum vitâ*; h. e., *mori*, et a Caesare e. gr. scriptum, de B. G. VI. 22: *ne — studium belli gerendi agriculturâ commutent*, h. e., *ne bello neglecto agriculturae studeant*: ita Arabes etiam *τῷ* بدل شيا بشيءٍ non tantum prius illud *commutavit rem cum re*, sed etiam posterius *commutavit rem re* exprimunt: quanquam illud quidem inter eos longe frequentius est, varioque flexu aut significat *substituit* (*sibi*) *rem pro re*, aut *retulit*, *retribuit* (*alteri*) *rem pro re*; hoc nescio an praesertim recentioris sit usûs, nempe ut velint: *missam fecit rem adscitâ alterâ* (vid. Ps. 105 (Hebr. 106): 20), vel etiam *compensavit rem* (*acceptam*) *re alterâ* (*datâ*), ut in *Noct. Arab.* I. 88 vs. 4 a f.: واكون قد بدلت الخير بالشر, *et compensarem bonum malo*): si igitur forma 4a non aliam quam 1a vim habeat, ut fere in lexicis traditur, necessario hîc pronuntiandum est أُبْدِلْنَا, et sic ut feci vertendum; forte tamen (adhibito Freytagii lexico, qui nescio an non tam lucide quam solet de hujus verbi potestate exposuerit) eidem *transitiva* etiam vis tribui potest, et talis quidem, qualem 2ae formae subesse apparet e loco Coran. 34: 15, quem supra, p. 141 seq. in ann. 228, citavi: in hoc enim verba وبدّلناهم بجنّتيهم جنّتين, pp. *et commutare eos fecimus cum duobus hortis suis duos hortos* —, manifesto significant: *et retribuimus* vel *substituimus iis pro duobus* caet. (conf. locus Tebrizii in comm. ad Hamas. p. 8 vs. 13). Haec igitur significatio si etiam 4ae formae propria sit, pronuntiare hîc malim أَبْدَلْنَا, et vertere: *substituti nobis sunt pro limpidâ aquâ ejus — fructus Zakkoumi* caet. — Sententiam versûs simpliciter hanc esse vides, quod poëta queritur, se cum antea in loco degisset, qui amoenitate Paradisum aequaret, jam contra ad Inferni vastitatem et horrores devenisse videri.

nos accedebat conjunctio, et bona fortuna depressas tenebat palpebras delatoris nostri (285):

Cum duo secreta eramus in corde tenebrarum, dum hoc nos celabat, donec in eo esset lingua aurorae ut nos divulgaret (286).

Non mirum est, quod (identidem) meminimus tristitiae, cum vetant huic obsequi rationis judicia, ac patientiam missam facimus obliti:

p. 48. Et vero enim recitavimus die discessûs nostri solamina velut suras (Coranicas) scriptas, et adsumsimus patientiam (usu) edocti (287).

---

(285) Vocem *duo*, uti notio ejus verbis Arabicis والوصل ثالثنا manifesto subest, ita de consulto in translatione expressi, ne quis putaret, sententiam hoc versu nondum absolutam, ita in sequente continuari, ut inter se jungenda sint كأنّنا لم نبتْ سرّان, et haec quidem sic vertenda: *Perinde est, acsi nunquam nos noctem exegimus ut duo secreta* —: ratio enim linguae juberet, si ejusmodi quid exprimere velles, ut non سرّان, sed in accusat. سرّيْن scriberes. Jam vero, absolutâ semel sententiâ, vox سرّان haberi potest pro nomine, quod pronomini نَحْنُ, in verbo نَبِتْ latenti, simpliciter est appositum, itaque vim ejus sic definires: كائنان سرّيْن, *nos qui duo secreta eramus.*

(286) Verbum يكتمنا (non sicut male est editum, in 4â formâ, sed necessario in 1â, يَكْتُمُنا, pronuntiandum) habeatur pro aöristo, qui vice fungatur accusativi adverbiascentis (جُملة حاليّة), quasi dixisset مُكْتِمًا ايّانا; conf. supra annot. 83 et 240 sub fin. Figurata vero hujus loci sententia facilior est, quam ut verbis explicetur.

(287) Hic versus ita cum antecedente cohaeret, ut non universam ejus sententiam, sed potissimum verba حين نهى عنه النهى et ناسينا latius explicet: dicit, credo, poëta: *Sane vero enim repugnante ratione et meliora obliti consilia, illud facimus, non quod solamina, quae adhiberi possent, non cognita habemus, aut patientiâ utendum esse nescimus: illa enim, quantum maxime potest in promtu habentes, ipsi nobis die discessûs suppeditavimus, et hanc simul, usu edocti, ex intimâ persuasione tunc adsumsimus.* Dubitari autem potest, quid proprie voluerit dicendo, *se solamina illa ut suras* scriptas *recitasse:* et duplex inprimis se ratio offert, nimirum ut sensus sit, *se solamina illa non minus promte et expedite secum recitasse*, vel, *quam recitari solent surae Coranicae, quas homines* de scripto edidicerunt, vel, *quam eaedem recitari solent* de scripto praelectae. Alterum si placet, suris *quae de scripto ediscuntur*, itaque memoriae facile adhaerent, solamina *non scripta*, sed rationi debita, opposuit; si alterum videtur, ambiguam potestatem verbo قرأ propriam (*recitandi* et *praelegendi*), spectavit, et cogitavit forte de certis in Moslemorum templis cantoribus, qui Coranum de scripto pronuntiant linguâ inprimis volubili et indefessâ. — Caeterum, ut vocem أسى pro *plurali* haberem, a sing. أسوة ductâ, itaque *solamina*, h. e. *rationes qualescunque, quibus solatium sibi quis adhibet*, verterem, omnino necesse fuit per ipsam sententiam et per formam pluralem vocis سورا; quod tamen eâ de causâ moneo, ne quis, cum eadem vox أسى etiam pro *singulari* (for-

Quod ad amorem tuum attinet, non ex aequo instituimus in aquario ejus (talem) potum, qui, quanquam nos rigabat, tamen (una) sitim nobis faciebat (288).
Non absconditus fuit finitor pulchritudinis, cujus tu sidus eras (ab adspectu nostro) illius curâ levatorum (289), nec deseruimus eum odio ducti,

---

mae تَجَمُّل; vid. Sacyi Gr. Ar. I. p. 281 N. 711) usurpetur, et tum *patientiam* significet, hanc ei formam et vim hoc loco tribuendam putet ob sequentem in altero sententiae membro vocem الصبر.

(288) Sensus est: *Non tantum, quantum satis fuisset, ex aquario amoris tui bibimus: cum enim oportuisset continenter bibere donec sitis nostra plane expleta fuisset, jam identidem tali potu contenti fuimus, qui, quanquam ipso quo bibebamus tempore siti nostrae occurrere videbatur, haud tamen expletos, imo plus quam ante sitientes nos reddebat:* quae *aquarii* figura satis est frequens, et supra etiam occurrit in hoc carmine, p. 46 vs. 2. Ut vero nunc verti, praepositio ب in voce بمنهله eandem vim habet ac في, nempe *locum* exprimens; potest tamen etiam aliter hîc explicari, verbo نعدل non in 4â, sed in 1â formâ, نَعْدِل, pronuntiato: *Quod ad a. t. a., non aequavimus cum aquario ejus*, h. e. *non parem fecimus amplitudini et copiae aquarii ejus, potum talem qui* caet. De verbo فيظمينا vide quod supra jam dixi, p. 155 in ann. 209. — Ad scholion, huic loco adscriptum, quod attinet, non puto, etiamnunc illud satis esse integrum: verba enim وان كان يروى vix ullo modo explices, nisi statuas, auctorem, finem versûs plene citantem, scripsisse pro iis vel: وان كان يرويه فيظمئه, vel: وان كان يرويه يظمئه; hoc autem sumto, in eodem nihil difficultatis superest, et prior pars sic facile redditur: *Amori aquarium tribuit, quod ipse ad hauriendum adiret, et porro fingit, se quotiescunque ex eo ad sitim restinguendam biberet, nihilo tamen minus sitire, nec igitur se in aquario isto ex aequo instituisse talem potum, qui licet sitientem se rigaret, una tamen sitim sibi faceret.* De variâ lectione, in Cod. L. oblatâ, cui et hujus scholii auctoritas et ipsa sententia repugnat, non attinet fusius agere: unum hoc restat dicendum, ut in ipso versu activa forma رَوَّى simpliciter significat: *rigavit, aquam praebuit*, non *potu explevit*, ita in scholio neutri etiam formae رَوِيَ non vim subjectam videri *satis bibendi*, sed *semet rigandi* vel *sitis restinguendae causâ bibendi*.

(289) Ratio, cur in initio versûs, si in Codd. bene scriptum sit, pronuntiandum censeam لم يُخْفَ, non لم يَخْفَ, duplex est: altera, quod loci sententiae magis accommodatum videtur, ut vertas: *non absconditus fuit*, nempe *eo, quo proficiscebamur, tempore*, quam, quod per hanc lectionem necessario consequens esset: *non latuit.* Alterum argumentum hoc est, quod ejusdem poëtae alius versus, infra ex Abdolwahedio edendus, in ipso Cod. MS. p. 101, sic exaratus legitur: يُخفي لواعجه والشوق يفضحه البيت, *Cujus absconduntur amores, dum desiderium luce suâ eum collustrat*, caet. Puto ergo, in utroque loco offendi pass. 4ae formae, cui *abscondendi* notio est propria. Jam autem, cum in versu 9° superioris pag. (conf. annot. 281) 4a haec forma cum gem. accusat. construi videatur, posset cui in mentem venire, accusativum vocis سالين ab ipso verbo يخفى ita pendere, ut vertendum esset: *non absconditus fuit finitor pulchritudinis, c. t. s. e., ab hominibus ejus curâ levatis*, quo quidem dicto semet ipsum expressisset. Quamvis vero per ea, quae in Sacyi Gr. Ar. II. 408 N. 792 tradita sunt, non omnino negem, in haec verba istiusmodi explicationem cadere

Nec volentes et ex animi sententiâ a te recessimus, pro eo ut propinqui essemus (290), at invitos nos averterunt vicissitudines fortunae nostrae.
Nos tuâ causâ tristes sumus, (vel tum) cum incitatur inter nos vinum frigidum, postquam (aquâ calidâ) mixtum est (291), et canit nobis cantor noster:
Non pocula vini prodire faciunt ex indole nostrâ notam alacritatis, nec fidium cantus nos curâ omissâ ad joca convertit.

(si enim liceat Arabibus dicere: أُعْطِيَ دِرْهَمٌ زَيْدًا, *datus est nummus argenteus Zeido*, eodem jure etiam dicere licebit: أُخْفِيَ الأفق ساليًا عنه), tamen et propter sensum, qui inde exsistit, nimis vagum et incertum, eam hoc loco non admitterem, et quoniam ratio fere postulat, ut accusativus vocis سالين, non minus quam oppositae قاليا, pro *adverbiascente* (حال) habeatur. Unde alterutrum, credo, optandum est, vel, ut statuas, a poëtâ pronomen omissum esse, ad quod accusat. ille adverbiascens pertineat, itaque plene eum dicturum fuisse: لم يُخْفَ افق جمال — عنّا (vel منّا) سالين عنه; vel, quod mihi multo magis placet, ut, probatâ constructione 4ae hujus formae cum gem. accusat. (quae a librariis forte ignorata, erroris causa exstitit), ut igitur, levi mutatione factâ, in textu legas: لم نُخْفَ أفقَ البين: sic enim vides, nihil ad sententiae integritatem supplendum esse, et ipsa verba significare: *non absconditus fuit a nobis finitor* caet., ne dicam, plane etiam tum inter se convenire personas verborum παραλλήλων لم نخف et لم نهاجر. — Ad sensum figuratae dictionis quod attinet, inprimis animadvertendum est, quod a Praeceptore accepi, verbum illud خفي Astronomis usitatum et proprium esse, ubi de stellis sermo est, quae ab alicujus conspectu, finitore mutato in austrum vel septentrionem iter facientis, occultantur: sic Alferganus, *Elem. astron.* p. 12, de eo, qui in boream pergit: وبحسب ذلك يخفى عنه من ناحية الجنوب بعض الكواكب, *Ac pro illius rei ratione occultantur illi de plagâ australi aliquot stellae;* ejusdem vero usûs alia quoque exempla in illâ paginâ exstant. Vult igitur poëta: *Non sine maximo dolore nobis ex oculis ereptus est finitor quidam totus pulchritudinis, in quo tu ut unicum astrum splendebas.*

(290) Lexicis adhibitis, videbis, haec verba multo etiam facilius sic reddi posse: *Nec volentes et e. a. s. te a propinquitate abduximus;* quod tamen, nisi cui videatur in hunc sensum accipi posse: *Nec v. e. e. a. s. abeundo effecimus, ut tu non amplius nos in propinquo haberes*, contrarium plane exprimeret quam poëta voluit, et in alterâ versûs parte dixit: ipse enim a Walladâ *recesserat*, non hanc a se *removerat*. Quare eâ, quam requiri puto, significatione verbo تجنّب tributâ, praepositionem عن non ut ab hoc pendentem, sed ut per se positam et propriam sibi vim exprimentem habui; dubitavi tamen, utrum optarem, ita vertere, ut jam liberius feci (*loco propinquitatis*), an *prae propinquitate*, nempe ut voluerit: *hoc propinquitati antehabentes;* quod ideo inprimis se commendabat, quoniam *antehabendi* notio ipso quod antecedit verbo اختيارا continetur.

(291) Certum videtur, lectionem, e Cod. L. receptam, bene se habere, et ita pronuntiandam esse, ut in textu praescripsi: nam voci شمول (cui hoc loco propria vis *vini frigidi* tribui potest ob mentionem factam *mixturae*, quae *calidâ* aquâ fieri solebat; conf. versus ex Hamasâ minore citatus a Reiskio, ad Abulfedae *Annal.* T. II. p. 194 in ann. *l*) hic, plane ut in loco Harir., ed. Sac. p. 397 vs. 2, foemininum genus tribuitur, utpote quod per significationem ei cum voce خَمْر commune est; porro accusativum vocis مُشَعْشَعَةً pro

adverbiascente (حال) habendum esse, ex ipsâ translatione apparet; denique, quisnam sensus sit verbi حثّ, facile videbis, collato hoc versu, qui in Abulfedae libro, l. l. p. 188, exstat, ubi cum alio uno pro specimine poëseos Abdossalami ben Raghban, vulgo dicti *galli Daemonum* (عبد السلام بن رغبان المشهور بديك الجنّ), e medio quodam hujus viri carmine excerptus est:

(الطويل) وقُمْ انتَ فٱحْثث كأُسَها غيرَ صاغرٍ ولا تَسْقِ الّا خمرَها وعُقارَها

Conf. Carlyle Specimens p. 21 Arab

Surge vero tu, et incita (h. e. *urge* vel *incitate circumage*) *poculum ejus* (vini), *non pusillo animo* (*Legi serviens?*), *nec aliud quidquam* (*sodalibus*) *propina, quam vinum uvis expressum et potens* (Reiskium fere secutus sum, haec ita vertentem: *nisi vinum optimae notae et potens;* quem ergo apparet pronomen ها, quod vocibus خمر et عقار subjunctum est, non ad كاس referendum putasse (ut sensus esset: *quam vinum et merum poculi*, h. e., *poculo contentum*), sed plane ut pronomen quod in ipsâ voce كاسها antecessit, ad suppressum *vini* vocabulum: jam hoc probato (nec equidem negare ausim), non alia se ratio offert, quam ut utroque nomine, et τῷ خمر et τῷ عقار, hoc loco *speciem* de *vini genere* exprimi censeas; itaque, ut per ipsum linguae usum (conf. Freyt. lex.) alterum vertas *vinum uvarum*, et sic oppositum putes alii cuique vino vel potui inebrianti, alteri vero, solius etymologiae ratione habitâ (conf. lexica et Schol. ad Harir. p. 122 vs. 4 a f.), peculiarem notionem *vini potentis* vel *vetusti* tribuas).

Ibn Zeidoun igitur eodem modo voluit: *(vel tum) cum urgentur* vel *festinantur inter nos pocula vini.* — Cum vero de duobus illis versibus, ab Abulfedâ traditis, dicere inceperim, simul monendum est, carmen ipsum, ad quod ii pertinent, offendi in Ibn Khallicanis opere, de eodem viro referentis N. 394 (male autem et per nudum errorem in Tydem. Ind. pro ابن رغبان exaratum est ابن رغمان). Ac totum quidem illud sex versibus constat, ex quibus is, quem jam in medio posui, 5us est, alter, quem Abulf. huic ita subjunxit quasi statim sequeretur, 6us; duo vero illi inter utrumque interpositi et ultimus hic in Ibn Khall. Codd. (P. I. p. 460) sic sonant:

فقام يَكادُ الكاسُ يُحْرِق كَفَّه من الشمس او من وَجْنَتَيْه ٱسْتعارَها
ظَلِلْنا بأَيدينا نُتَعْتِعُ رُوحَها فتَأْخذ من اقدامنا الراحُ ثارَها
مُوَرَّدَةً مِنْ كفّ ظَبْيٍ كانّما تَناولها من خَدّه فأَدارَها ·

Conq. variante lectione ... in Halbet alkomeit, Ms. 42 p. 160 et in Nowairii Encyclop. Ms. 273 p. 290 ... conf. in Cod. 1005 p. 87. et Ms. 746 p. 166.

Surrexit igitur ille (*et rem tam strenue gessit*), *ut parum abesset, quin efficeret ut poculi ardor,* (*velut*) *a sole aut ab ipsius* (*qui tenebat*) *genis* (*profectus*), *manum suam ureret.*

Diuque continuavimus manibus nostris huc illuc agitare spiritum ejus (vini), *vino ipso talionem suam sumente a pedibus nostris* (*eos gravando et debilitando*),

Dum roseo colore tinctum (*veniebat*) *a manu capreoli* (h. e. *formosi pincernae*), *quasi hic simpliciter de genâ suâ illud sumsisset ac dein in orbem ageret.*

sign. pincernam.

In primo ex his versu necessario sumendum est, 4ae formae أحرق, cum gem. accusat. constructae, vim subesse *faciendi ut* res aliam rem *urat*: hoc enim sumto, impeditior verborum ordo facile sic ut feci explicatur, quasi scriptum esset: فقام يَكادُ يُحْرِقُ ٱسْتعارَ الكاس — كَفَّهُ. In 2° versu tradendo Codd. satis inter se discrepant; nec dubito quidem, quin lectio, quam recepi, per sententiam unice bona sit, at videant tamen alii, an in priore hemistichio probare possint mirum verbum نتقنع, quod L. pro نتعتع offert, et vicissim an posterius placeat in P. sic oblatum: فتاخذ من اقداحنا الراح ثارها. Quod denique ad ultimum versum attinet, cum lectio مورّدة, in utroque Cod. obvia, ob figuram sequentem plane se commendet, minus

Persiste tu, non obstante discessu nostro, donec nos persistamus, in (pacti) observatione (292): ingenuus enim homo is est, qui ex aequo retribuit sicut ipsi tribuitur:

Nos enim non quaesivimus amicum, qui tuo loco nobis sufficiat, nec comparavimus dilectum, qui desiderio tui nos levet.

Ac si vel amore capta ad nos (accederet) de summo suo loco coelesti luna plena quae splendet in tenebris, non tamen, absit tibi (haec illata injuria), nos ad (sui) amorem pertraheret (293).

---

bene ea se habere videtur, quae in Abulfedae libro offenditur, مُشَعْشَعَةً, *dum mixtum (veniebat)* caet.; hanc autem verisimile duco acceptam referendam esse librario, qui, bene agnoscens, poëtam, voce موردة usum, colorem vini spectare, qui exsistit postquam hoc aquâ calidâ mixtum est (conf. idem versus, de quo in init. annot. dixi), apertius voluerit eam notionem exprimere.

(292) Lectio على الرَّحْل, ut primâ facie minus expedita, praeferenda visa est faciliori على العهد, quae in G. offenditur: quâ receptâ, vertendum esset: *persiste tu in pacto (amoris), donec nos persistamus, religiose (illud) observans.* — Quod ad modum attinet, quo finem versûs et inprimis ultimum verbum دينا expressi (est autem hoc resonantiae causâ scriptum pro دِين, pass. τοῦ دان), quum maxime conferendus est hic versus in Hamasâ, p. 10, editus:

(الهزج) ولم يَبْقَ سِوَى العُدْوانِ دِنّاهم كما دانُو

Et (postquam) nihil superfuit quam ut hostilem in modum ageremus, retribuimus iis sicut ipsi tribuerant,

ad quem explicandum Tebrizius, in comm. l. l. vs. 7 a f. et seqq., haec annotavit: ومعنى دِنّاهم فَعَلْنا بهم مثل فَعْلِهم بنا والدِّينُ — هاهنا الجَزاء وفى المثل كما تَدِينُ تُدَانُ فالاوّل ليس بجَزاء ولكنه سُمّى جَزاءً لمُجاوَرته لَفْظَ الجَزاء والناس يقولون الجَزاء بالجَزاء والبادئُ أَظْلَمُ: *Significatio* τοῦ دنّاهم

Meid. 3654*: كما تُدِينُ تُدَانُ 3722.

est: egimus cum iis sicut ipsi nobiscum egerunt; *verbum* دان *enim hoc loco* retribuendi *vim habet. Solet vero proverbio dici:* Quemadmodum tribuis (*pp.* retribuis), retribuitur tibi: *et prius quidem illud* retributio *non est*, *at* retributionis *tamen nomine dicitur*, *quoniam (in sententiae loco, quem occupat) proxime vicinum est* retributionis *vocabulo. Dicunt etiam homines:* Retributio pro retributione (*h. e.* pro eo quod tributum *vel* factum est); qui vero initium facit (mutuae injuriae), majorem culpam habet.

(293) Per praepositiones نَحْوَ et من, ne de ipsâ sententiâ dicam, requiritur, ut verbo صبا hic praeter vim ei propriam τοῦ *amare*, vel *propenso* in aliquem *animo esse*, notio *accedendi* a poëtâ subjecta sit, itaque *praegnanti*, ut ajunt, locutione usus, ولو صبا نحونا dixerit pro ولو جاء صابيًا نحونا; cum vero librarius quispiam hoc non sentiret, pro verbo صبا (quod ob sequens يصبينا unice huic loco convenit) facile substituendum putaverit ضبا, *confugit* ad aliquem, nec igitur necesse est, ut ea lectio in Cod. L. oblata, pro fortuito mendo habeatur. — Caeterum vox حاشاك verti etiam posset: *praeter te*, ut sensus verborum, paulo impeditior, haec esset: *non tamen praeter te* (h. e. *quod tu sola potes*) *nos ad amorem pertraheret.*

Confer (in nos) beneficium constantis fidei: tum, etiam si non placet tibi (pro hoc nostro munere) munus referre, (sola) memoria tui nos contentos reddet, et species tua oculis in somno obversata nobis sufficiet (294);
At in responso erit (nobis) supellex (295), si tibi placet illo augere beneficia, quae non desiisti apud nos collocare.
Tibi meis precibus contingat salus a Deo, donec superstes erit in te amoris desiderium: exstingue hoc et (simul) nos exstingue (296).

---

(294) Ex ipsâ translatione palam est, me loci structuram ita accepisse, ut verbis فالذكر الخ respondeatur ad imperativum antecedentem وفاءً أولى; causa autem, cur in tali sententiâ (*proposition corrélative*) locum habeant aöristi modi indicat. (يغنينا et يكفينا) simpliciter haec est, quod particulam ف ab initio additam vides; conf. Sacyi Gr. Ar. II. p. 30 et 31 N. 51, et p. 311 N. 553. — De verbo بدل supra dixi in annot. 283; hîc vero, cum poëta sine dubio illud voluerit, quod vertendo expressi, plenius sic scripsisset: وان لم تبدلي (vel in 4â formâ تبدلي) صلةً بصلتنا هذه☆

(295) Hoc est, credo, *res, quae non in cogitatione vel in imaginatione versata* (conf. vs. antecedens), *sed supellectilis domesticae instar oculis objecta et diurno usu tractata, memoriae tuae servandae ita nobis instrumentum erit, ut eâdem continebitur praeclarum tuae constantiae indicium.* Forte vero cui videatur vox متاع hîc simpliciter *donum* verti posse; nec equidem adeo quod ad hujus loci sententiam attinet, multum refrager, quam propter ipsam illam vocis significationem, quae a Castello tradita, longe abest ut probata sit. — Vocem يد per se jam *beneficium* exprimere, notum est; adhibito autem Freytagii lexico, videbis, eandem notionem subesse τῷ اليد البيضاء, quod pp. *manum candidam* significat. — In fine versûs توليننا dictum videtur pro توليننا (nam foemininum genus huic verbo tribuendum esse, manifesto apparet ex antecedentibus محافظة, دومى, أولى, تبدلي), ن foeminini generis notâ propter sequens affixum نا omissâ; quo probato, exemplum hîc adest rei, quam ut verosimilem, non vero ut exemplis sibi certam, proposuit Sacyus in Gr. Ar. I. p. 344 seq. N. 807. Conf. vero etiam Bidp., ed. Sac., p. 104 vs. 7. — Caeterum, si pro ان ex Cod. G. hîc لو legeretur, sententia, magis dubitanter enuntiata, sic redderetur: *At i. r. foret nobis supellex, si illo augeres beneficia* caet.

(296) Neglexi memorare, Cod. L. in initio versûs pro منى offerre أسنى: et hoc forte praeferendum est, quoniam hoc loco satis inconsequens foret usus pronominis 1ae pers. sing.: dixerit ergo: *Tibi contingat luculentissima salus a Deo* caet. — Aöristorum conditionalium تخفيها et تخفينا utrique *imperativa* potestas subest, quod ut de altero facile agnoscis, quoniam nulla adest particula a quâ pendeat, ita de altero non minus constat per praefixam ف; conf. Sacyi Gr. Ar. II. p. 312 N. 554. Vis autem verborum eadem esse videtur, acsi scripsisset poëta: أن أخفيتها فتخفينا, *quod si exstinguis, nos simul velim exstinguas*, nempe, *ne tanto supersimus dolori*: et usus quidem ille verbi أخفى satis est notabilis, nec tamen dubito, si lectio Codicum bene se habeat, quin ad hujus loci explicationem et necessario debeat et possit cum aliquâ ratione sumi: cum

Interpretatio locorum, qui excerpti sunt ex capite de Almotamedo Alallah Aboulkasemo Mohammede ben Abbad: quod primum est ex primâ libri parte, inscriptâ: De suavitatibus virorum principum eorumque filiorum, et volumen speciminum delectorum ex mirabilibus eorum historiis (297).

Erat sedes viri utroque Veziratu ornati, Aboulwalîdi ben Zeidoun, inferior quam sedes ipsius (Motamedi), cum sedebat ad exsequenda mandata patris sui Almotadhedi (298): unde scripsit ad illum:

---

enim 4a ea forma (conf. supra annot. 289) proprie significet: *abscondidit*, *occultam fecit* rem, non difficilis hinc transitus est ad duplicem illam notionem *supprimendi* vel *exstinguendi* amorem, et *e medio tollendi* aliquem. — Quod vero ad بكى attinet, nescio an minus bene pro hoc ex Cod. L. منكى substitueres: quo tamen facto, hoc non tantum ad nomen antecedens صبابة, verum etiam ad sequens verbum تخفيها referri posset, ut sensus esset: *de te*, h. e. *de animo tuo*, *exstingue hoc et nos simul exstingue*.

(297) Vox مَحَاسِن, quam hîc, ut supra p. 9 vs. 8, Jonesium l. ibi laud. secutus, *suavitates* verti, illud omne exprimit quod a quoquam sive dictum sive factum ita proficiscatur, ut bonitatis, pulchritudinis, elegantiaeve laudem habeat; cum vero auctor libri inprimis *poëseos*, aut in universum *dicendi* laudem spectet, eadem vox forte melius sic redderetur: *pulchri foetus ingenii*. Alterum illud درج أنموذجات, pro eo ut vocem دَرْج pronunties, diversum sensum habet: equidem vertendo expressi formam دَرْج; si vero magis placeat, pronuntiare دُرْج, quo nomine *capsula* dicitur, *in quâ mulieres res grati odoris aut pretiosas recondunt*, auctor ~~suo~~ libri sui ~~caput~~ dixerit *capsulam*, *quâ specimina illa unionum instar essent inclusa*. De formâ autem plur. foem., voci exoticae أُنْمُوذَج (de quâ vid. Sacyi annot. in *Anthol. Gr. Ar.* p. 269 init.) hîc tributâ, conf. ejusdem Gr. Ar. I. p. 262 N. 698.

ane parlem

(298) [Amplissima est quaestio ad aularum Orientalium caerimonias pertinens, quae cum hujus loci tractatione conjuncta est. Videmus hic Vezirum principem domino suo adsidentem inferiore solio, non adstantem, in concilio publico negotia regni exsequenti. Mirum sane, si superbi principes et titulis honorificis, quos sibi arrogabant, Khalifarum fastum imitantes, hoc ministris concesserint, ut se praesente, publico conventu, sederent. At quale hoc sit melius intelligitur, si ea quae h. l. narrantur, ab illis quae superius p. 39 vs. 4 exstant, probe distinxeris. Nempe hic sermo est de Motamede nondum rege, sed regni haerede et patris abcentis vicario, qui non multum de dignitate sua derogabat, si Ibn Zeidounum sibi assidentem pateretur. Ibi vero de eodem ad imperium evecto agitur, nec Ibn Zeidounus sibi in istius carminis versu laudato quidquam tribuit nisi principem locum (صَدْر) inter consiliarios gemino ordine adstantes. In ipso vocabulo صَدْر, quod a *pectoris* notione ad omnem rem vel personam, quae suo in genere prima et anterior est, transferri solet, nihil est, quod doceat Vezirum sedisse potius, quam stetisse. Tenuit الصدر الأعظم sive *primum locum*, quod apud Turcas ut summi Veziratus, sic primi Veziri nomen est, etsi hic princeps imperii Minister praesente Sultano apud Otsmanos certe numquam sedeat. Quin constans et vetusta Orientis fuisse videtur con-

suetudo, ut primarii ministri coram rege consisterent. Hinc Hebraica formula עמד לפני המלך, quae v. g. de Josepho usurpatur, cum Pharaonis primarius Vezirus factus esset, Gen. Cap. XLI. vs. 46. An veteres Persarum reges Veziros habuerint regni sui rectores nescio; apud Graecos certe, quibus solis in antiqua historia Persica fides est, non traditur. Utcumque fuerit, nota eorum superbia vix permittit, ut credamus illos aulicos suos vel consiliarios habuisse παρέδρους. Scio equidem libri tertii Ezrae auctorem, C. IV. vs. 42, Darium nobis sistere Zerubbabeli, cujus in respondendo sagacitas ipsi placuerat, dicentem: ἐχόμενός μου καθήσῃ, vel ut Josephus, *Antiq.* L. XI. c. 4, hoc effert: συγκαθεσθήσῃ μοι. Sed quis tandem rem de qua disputamus, nugacissimi narratoris testimonio probet? Quid vero de alio loco dicam Luciani *in Navigio* T. III. p. 268, quem Brissonius *de regno Pers.* p. m. 150 de consiliariis, sive satrapis, regi adsidentibus explicat? Sermo est de exercitu, cujus dextrum et sinistrum cornu aliis regundum Samippus committit, ipse mediam aciem obtinens: ἐγὼ δὲ, inquit, κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπειδὰν αὐτοὶ συμπαρεδρεύειν αὐτοῖς βούλωνταί τινας. Quod res ipsa et contextus docet, id etiam confirmat testimonium veterum, reges nempe Persarum mediam in pugna aciem obtinuisse et huc respicere Lucianum. Xenophon hoc jam docuerat in libro primo Anabaseos, et disertius quoque Arrianus, qui libro II. c. 8 referens de Darii copiis apud Issum ad pugnam se parantibus, αὐτὸς δὲ, ait, Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι. Vide eundem l. III. c. 11, ubi pugnam apud Arbela commissam describere incipit. An igitur scripsit Lucianus: ἐ. α. συστρατεύειν αὐτοῖς βούλωνται, argute et eleganter efferens sententiam simplicem: *si ipsi cum copiis suis in bellum proficisci velint?* Sententia non intellecta et αὐτοῖς in αὐτοῖς mutato, consequens erat ut languens illud τίνας a librariis adjiceretur. Haec de Oriente vetere, quem recentior, ut in aliis omnibus, ita in superbia et fastu imitatus est. In Khalifarum Bagdadensium aula quale Vezirorum hac in re jus fuerit mihi non constat. Hoc unum apparet, eos solenni consessu, cum legati exteri exciperentur, non adstitisse Principi, sed in anteriore quodam cubiculo in solio alto consedisse, magnatibus et Fakihis circumstantibus. Vide omnino Bar-Hebraeum p. 181 describentem, quibus caerimoniis legati Graeci ab al-Moctadero excepti sint. Apud Fathemidas Sultanus, sive Vezirus omnium rerum arbiter, ipse legatos deducebat ad Khalifam, nec ipsi, quamvis potentissimo, sellae jus tum concessum fuisse, satis demonstrat Willermi Tyrii narratio legationem Francorum ad Aegyptium Principem delineantis L. XIX. c. 18. Exstat tamen versiculus aliquis, qui contrarium docere videatur, apud Abulfedam T. III. p. 586, desumtus ex longiore epicedio Amarae (عمارة), poëtae et historici Yemanensis (Ibn Khall. n. 500), in interitum duorum Vezirorum Aegyptiorum as-Salehi et al-Adeli ex illustri gente Rozzikidarum. Totum carmen legitur apud Ibn Khall. *in Vita Schaweri* n. 284; T. I. p. 339 sq. Cod. P.; versiculus autem hic est:

(البسيط) كانّ صالحهم يوما وعادلهم   فى صدر ذا الدست لم يقعد ولم يقم

Sensus, a quo toto coelo aberravit Reiskius, hic esse videtur: *Haud aliter est ac si numquam antea ex illa gente as-Salehus et al-Adelus coram isto solio principali sedissent et stetissent.* Cum دست solenni usu, sed in Lexicis omisso, significet *solium regium* (vide Abulf. T. IV. p. 216. 316 (ubi tamen lectio dubia est), 516. 556. T. V. p. 260), formulam فى صدر respondere censeo τῷ לפני Hebraeorum, *ante*, *coram*, *in fronte.* Concesserint igitur hoc aliquando extremi Fathemidae omni auctoritate privati praefectis militaribus, in quorum tutela erant; inde non continuo sequitur, ordinariis vel in hac, vel in alia, aula Veziris hoc permissum fuisse. Est hoc, de quo disputavi, fere comparandum cum pari honore a Khalifis Bagdadensibus Emiris Emirorum, reipublicae rectoribus, et dominis potius quam subditis, habito. Habemus illius rei insigne exemplum in Togrul-Bego Seldjukida, quem Khalifa Kayem-biamr-illah solenni consessu vicarium sibi creavit. De illius inaugurationis caerimoniis uberius quam reliqui scriptores refert Bar-Hebr. in *Chron. Syriaco* p. 250 sq., inter alia narrans, Khalifam consedisse solio septem cubitos alto, Togruli vero aliud positum fuisse uno cubito humilius. Hoc scilicet ipsi tributum est ut Sultano et in amplissima sua ditione αὐτοκράτορι. Nam his principibus, et subinde eorum legatis, dominorum personam gerentibus, et vero etiam regiae domus cognatis et hominibus ecclesiasticis hoc concessisse videtur Orientalium principum superbia, quod Veziris suis denegabant, Motamedus

In edit. Stereotypâ IV. p. 112 legitur: ἐγὼ δὲ κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπειδὰν αὐτοὶ συμπαρῶσι.

p. 49. O tu, qui sedem habes sede meâ inferiorem, at cui in animo sedes est admodum excelsa (299)!

In corde meo tibi amor est, qui postulat, ut conspiciaris evectus supra capita (300).

Scripsitque ei Ibn Zeidoun haec responso (301):

Estne humor roris incubans narcisso, an lenis spiritus hortorum (circumfusus) sub tenebris nocturnis (302)?

---

vero regni haeres Ibn Zeidouno permisit, ut nempe in humiliore scabello sibi assiderent. Hoc jam olim Thebanorum legatis, ut εὐεργετῶν (Diod. Sic. l. XVII. c. 14. T. II. p. 170 Wess.), in aula Persica tributum, nunc in eadem Europaeorum regum ministris largiuntur: hoc al Malekus al Camelus, Aegypti rex, concessit Judici Gazae Hibatallae ben Mahasen in solennitate publica, ipsis principibus regiis adstantibus. Cf. locus Makrizii citatus in Comment. nostra *de Expedd. adv. Dimyatham susceptis*, p. 121 et 122. Ex Orientalium historia in praesenti quidem alia exempla non succurrunt, sed rei illustrandae et confirmandae etiam Byzantinorum Impp. consuetudo inservire potest. Nam idem fastus CPoli fuit et Bagdadi aut Kahirae iidemque aulicorum mores et magna Byzantii Orientis imitatio. Proceres, legatos, principes exteros, clericos, coram Imp. Graeco stetisse docuit Reiskius in nota ad Constant. porphyrog. *de caeremoniis aulae Byzantinae* p. 23 sq. (p. 72 sqq. edit. novae), nonnullas tamen exceptiones memorans. Nos alias addimus. Nam Caesarem Basiliscum Imperatori Zenoni adsedisse refert Theophanes p. 107, quod si recentiori aevo quoque obtinuerit, consequens est, etiam Despotas et Sebastocratorem, tum Caesari praelatos, idem jus habuisse. Horum vero omnium sedes Imperatoria humiliores fuisse constat: nam ne ipsis quidem proxima cognatione Imperatori conjunctis, regnive haeredibus, paris altitudinis sedem concessam fuisse docet exemplum in *Caerimoniis aulae Byzantinae* laudatum, ubi dum honorifice excipiebatur Olga Russiae princeps, Imperatrix sedisse dicitur in excelso throno Theophili, ejusque nurus ἐν σελλίῳ χρυσῷ βασιλικῷ, p. 344 (p. 595 edit. novae). Σέλλιον autem erat χθαμαλή τις ἕδρα, ut ait Cinnamus p. 46, narrans σέλλιον quoque datum fuisse Ludovico VII. Regi Franciae, Manuelem Comnenum Imp. invisenti, qui interea ἐπὶ τοῦ μετεώρου καθῆστο. Solennem hanc et perpetuam in regibus exteris excipiendis fuisse aulae illius consuetudinem, exempla docent Balduini III. et Amalrichi, regum Hierosolymorum, quorum alter Manuelem invisit Antiochiae, alter CPoli; ambo autem sede honesta quidem, at humiliore tamen, collocati sunt. Vide Will. Tyr. L. XVIII. 24. XX. 24. Cinnam. p. 107. H.].

(299) Hoc est, credo: *at cujus animus inprimis celsus et erectus est.* Quominus enim eadem verba, per ambiguam potestatem articuli in voce بالنفس, sic explices: *at cui in animo* meo *sedes est admodum excelsa*, obstare videtur sequentis versûs sententia, quae tum plane frigeret.

(300) Vides, me pro بفؤاد, quod in textu edidi, jam vertendo expressisse lectionem Cod. L. بفؤادي, et porro etiam, me non حُبّ amplius, sed حِبّ pronuntiasse: utrumque certius est, quam ut rei probandae argumenta afferam. Vult simpliciter: *Tanto te prosequor amore, ut si ex aequo huic satisfieret, tu splendidissimo, qui cogitari posset, honore ornareris.*

(301) Verbum راجع saepissime in hoc libro offenditur, non aliud quidquam exprimens, quam *respondendi* notionem; conf. supra p. 53 vs. 3 et 7 et p. 54 vs. 6.

(302) Vult poëta: *Quid tandem est suave illud quod sensibus meis offertur? Videone narcissum recenti rore gemmantem, an hortorum percipio odores, sub densiore aëre nocturno ad terram adhaerescentes?* Solent poëtae inprimis celebrare amoenitatem adspectûs, quam praebeat ros, in candore narcissi tremulae instar lacrymae micans; conf. versus Alyi ben Aldjahm (de quo supra dixi, p. 152 in ann. 256) in Kosegartenii *Chrest.*

An carmen, quod ad me venit a viro regio (303), qui beneficentiâ animos sibi velut mancipia subditos tenet?

O (quantum est) decus matutinae equitum turmae (304), quando ille inter eos incedit! o (quantus est) splendor consessûs (quando ille ei interest)!

Per te condecorata est virgo intacta excellentiarum, in matrimonium petita; jam fruere gaudio illius, qui nuptiale convivium celebrat (305),

Et sorbendo hauri melleum laticem oris, recenti dentium odore fragrantis, quem colligas de salivâ pulchrum in modum nigricante (306).

conf. vers. Ibn Alfaredhi in Grang. Anth. 64. 9, 10.

---

p. 169. Per propriam autem vim vocis سقيطا (nempe *illud quod cadit* significantis) mirum non est, quod, cum fere soleat *substantive* poni, et ipsa vel *rorem*, vel *nivem*, vel *glaciem* exprimere, hoc tamen loco ei vocabulum *roris* in genit. casu subjunctum est.

(303) Motamedum hoc tempore nondum *Regem* fuisse, et vocem igitur ملك hîc, ut alibi saepius, aut in universum *virum regium*, aut peculiariter *regni haeredem* significare, patet ex iis, quae in initio annot. 298 Praeceptor monuit. — Alterum vero hemistichium sic proprie vertendum esset: *qui possidet beneficentiâ servitutem animorum.*

(304) Vox مَوْكِب simpliciter hîc *equitum turmam* significat; quod autem ad vocem adjectam الغادى attinet, in utriusque Cod. consensu lectionem mutare non ausus sum: et fieri quidem potest, ut *matutini temporis* notio satis apta esse hoc loco videatur ad exprimendam equitum *alacritatem*, utpote quae tum potissimum in ore habituque hominum conspici solet; at facilior certe sensus exsisteret, si pro الغادى substituto العادى, verti posset: *O quantum est decus irruentis equitum turmae* caet. Per dictionis similitudinem dignus est qui conferatur hic versus, in Hamasâ p. 423 med. traditus:

(الطويل) لَقَدْ مات بالبَيْضاء من جانب الحِمَى   فَتًى كان زَيْنًا للمَواكب والشَّرْب

conf. Tyd. comp. p. 86 v. 10.

Mortuus est in Albaidhâ, (sitâ) a latere Alhimae, vir qui decus fuit equitum turmis et compotoribus. Voluit vero Ibn Zeidoun Motamedi laudem tam in artibus bellicis quam in civitate gerendâ praedicare.

(305) *Procatio virginis intactae* haud insolita etiam inter Arabes imago est, cum exprimere volunt inceptum, ad quod sustinendum aliquantum animi et virium requiritur; poëta autem, cum figuratâ hac dictione usus, Motamedum significet excellentissimis quibusque virtutibus instructum et nobilissimis quibusque facinoribus parem, majorem imagini gravitatem addit, fingendo, ipsi excellentiarum virgini, inde quod ab illo in matrimonium petita esset, eximium decus accessisse. In altero hemistichio et in seq. versu, eandem imaginem ultra persecutus, simpliciter vult: *jam fruere meritis tuis, et pro eo ut magnum te et illustrem reddidisti, felicitatem tibi concilia.* — Uti vero apparet, me vocem بك retulisse ad verbum شرّفت, ita vocem خطْبة pro *nomine actionis* habui, cui *passiva* vis subjecta sit, non (quod e translatione meâ facile efficeretur, at per verborum structuram vix probari posset) pro *adjectivo* ejusdem formae, quod significat puellam *in matrimonium petitam.*

(306) Part. pass. 1ae formae معسول, quod pp. *melle conditum* significat, idem hîc exprimit, quod part. 8ae formae مُعْتَسَل, nempe *quod mellis instar dulce est.* — Vides autem, necessario legendum esse ثَغْر et

conf. Grang. Anth. 122 [illegible]

Et vespere vinum bibe, per felicitatem tuam in primâ votorum sede (accumbens):
sic ultro consequetur, ut mane (tibi) vini potum praebeat poculum plenum (307),
Nec ut malae fortunae vel in mentem unquam veniat se inimicam opponere in eo
quem tu cupis esse locum adscendendi (308).

E nobilibus autem ejus (Motamedi) principiis (309), et magnificis ejus decidendi

---

مُجَاجَ, cum in textu male exaratum sit ثغر et مجاج; cujusmodi erroris ut in ipsâ eâ paginâ duo alia exempla offenduntur (in vs. 10 الدّهر pro الدهر, et in annot. vs. 4 كَمُبور pro كُمبور), ita causa ejus inde praesertim repetenda est, quod cum soleant plagularum specimina, ad emendationem praemissa, rudiore prelo exprimi, tum in nonnullis certe paginis, pinguiore atramento illitis, maximam difficultatem habeat simplices vocales a geminatis et vicissim has ab illis internoscere. Caeterum, quare poëta dixerit de salivâ *nigricante*, per ea quae supra, p. 136 in ann. 212, monui, facile ad explicandum est: cum enim gingivae et labiorum color nigricans in laude haberetur, salivam voluit talem, quae in pulchris hujuscemodi labiis sita, *aut* ipsa nigrorem quendam inde contraxisset, *aut* contraxisse videretur perlucente isto colore.

(307) Vult simpliciter: *Et felicitate tuâ usus res ita institue, ut quum maxime votis tuis serviant: consequens erit, ut fortuna in lege a te scriptâ acquiescat, nec unquam ei resistere conetur.* Quod autem in scholio, ad hunc versum adscripto, vox المسند explicata legitur voce المحل, jam plane mihi persuasum est librarii errori tribuendum esse: مَحَلّ enim nunquam *accumbendi locum*, sed *stationem* significat: quare auctor scripsisse videtur المجلس. — Caeterum, ut in ipso versu animadvertendum est, verbo صبح, quod per se exprimere solet *mane potum praebuit*, subjunctum esse accusativum الصَّبوح, *vini potum* (conf. Castelli lex.), ita e scholio efficiendum videtur, non 1ae tantum (et 2ae) formae hujus verbi eam vim propriam esse, sed 4ae etiam eandem, vel certe *mane* aliquid *parandi*, c. acc. rei constructae, tribui posse.

(308) Hoc versu non minus quam posteriore antecedentis hemistichio responsum contineri ad imperativum وٱغْتَبِق, satis inde patet, quod aöristo يهجس, cum per loci sententiam necessario vis *futura* tribui debeat, per praefixum tamen لم tribui non posset, nisi in tali, qualem spectamus, propositione (*proposition corrélative*); conf. Sacyi Gr. Ar. in compluribus locis, ex. gr. I. 125 N. 315 extr. — Ad structuram vero verborum quod attinet, eam vertendo satis declaravi: nec enim aliud poëta expressit, quam si scripsisset: فالاعتراض فيما شئته مرتقى في صدر الدهر لم يهجس. Figurata, quâ utitur, dictio a monte sumta est, quem cum alter adscendere velit, alter mole interpositâ inaccessum reddat, itaque facile transfertur ad omnia molimina, quibus aliena consilia et prosperitatem quis impediat. Vox مُرْتَقًى (quae sine dubio hîc vera lectio est), cum proprie sit part. pass. 8ae formae ارتقى, *adscendit*, per vim his participiis propriam (conf. Sacyi Gr. Ar. I. 218 N. 586), *locum adscendendi* significat; vide poëmatis Ibn Doraidi (ex edit. Scheidii) vs. 111, et Bidp. ed. Sac. p. 86 vs. 2 a f.

(309) Inprimis tenendum est, auctorem spectare argumentum carminis, p. 53 et 54 editi, quod Motamedus Ibn Zeidouni adversariis opposuit, initio ducto a generali hoc effato: *Mentiuntur incogniti* (ἀνώνυμοι), *sive aperte loquantur, sive obscure balbutiant.* Unde nullum est dubium, quin vox مُنازِع hîc illud quod expressi

regulis (310), et moribus ejus (vere) regiis, et animi studiis ejus excelsis (hoc pro specimine relatum sit): Erat Ibn Zeidoun Vezirus patris ejus, qui ferocem illius impetum (in bello) exserebat, et administrabat res imperii illius (311); cum vero hujus dies illustris in tenebras nocturnas abiret, et ipse molam ejus in rebus adversis circumverteret (312), seduxit Regem instigatione suâ, et speciosis verbis ei p. 50.

---

significet, et pluralis sit ducta a formâ sing. مَنْزَع, cui supra, p. 99 in ann. 130, apparuit, vim istam *principii* (*principe, maxime*) tribui. De eo tamen dubito, utrum, ut ibi dixi, figurata haec potestas a propriâ notione *fundi*, h. e. *loci unde quid educitur* vel *extrahitur*, an a notione *loci ad quem cum animi propensione reditur*, translata sit. — Scholii auctor propterea tantum, ut puto, quod eam vim vocis منزع, nec a Djauhario nec in Camouso memoratam, cognitam non haberet, formam منازع retulit ad sing. منزعة, eamque satis languide sic explicandam censuit, ut idem plane exprimeret ac sequens همم, *animi-agitationes* vel *studia*. Quoniam vero quae in Djauhario scripta leguntur, a Scholiastâ imperfecte sunt tradita, illius verba, in quantum huc pertinent, integra adscribam, ipsi lectori judicandum reliquens, an sensus eorum plane ut oporteat in Golii et reliquis lexicis sit redditus: والمَنْزَعَة ما يَرْجِعُ اليه الرجلُ من أَمْرِه ورايه وتَدْبِيرِه قال الكِسَاءىُّ يقولون والله لَتَعْلَمَنَّ أَيُّنا أَضْعَفُ مَنْزَعَةً وقال خَشّافٌ الأَعرابىُّ مِنْزَعَةٌ بكسر الميم حكاه ابنُ السِّكِّيتِ فى باب مِفْعَلَةٍ ومَفْعَلَةٍ وفلانٌ قَرِيبُ المَنْزَعةِ اى قَرِيبُ الهِمَّةِ ✫

(310) Quae scholii auctor hic peropportune ad explicationem vocis مَقَاطِع annotavit, ex Camouso desumta sunt, cujus in uno de duobus, quae possidemus, exemplo (nam in altero hic locus plane deëst) sic, praeter vocales, scriptum legitur: ومَقْطَعُ الحَقِّ موضعُ ٱلْتِقَاءِ الحُكْمِ فيه ومقطع الحق ايضا ما يُقْطَعُ به الباطلُ; his autem verbis (quae jam non dubito, quin sic pronuntiata bene se habeant, nec igitur emendatione ullâ, nedum eâ quam in scholio proposui, indigeant) sequentia exprimi puto, praesertim post adhibitum Praeceptoris auxilio Turcicum Camousi exemplum CPoli editum: *formulam* مقطع الحق *duplicem habere sensum*, *vel* loci, in quo jus decidit, *vel* loci juris, qui decidit; *ac priore quidem sensu eam* *τεχνικῶς usurpari de* tali loco, *vel* articulo, causae quaestioni objectae, ubi consideranti Judici obvia venit, *vel* offert se, legitima ratio de eâ sententiam dicendi; *altero autem sensu eandem significare* talem juris locum, *vel* regulam, quâ ad causas admotâ falsum praeciditur. Et nullum sane dubium est, quin auctor libri, hanc ipsam vim nudae voci مقطع hoc loco subjecerit. — In verbis quae statim sequuntur animadvertenda est forma فَلَكِىّ, ducta a فَلَك, *orbis coelestis*, quâ figurate *quod celsum et erectum est* exprimitur.

(311) Hoc est, *qui vicarius illius tam in bello quam in civitate gerendâ erat.* Conf. supra p. 62 in annot. 1, ubi hunc locum citavi ad probandum, non rerum civilium tantum, verum etiam militarium curam Ibn Zeidouno commissam fuisse.

(312) Apparet, tempus quoddam spectari, quo Motadhedi imperium, administrante Ibn Zeidouno (ergo post a. 441), minus prosperâ fortunâ uteretur; quod tamen quale fuerit, cum historicorum libri non declarent, equidem definire non possum; nec in his etiam quidquam reperi, quod ad ea quae sequuntur illustrandi causâ adhiberi queat.

persuasit, ut aggrederetur praefectos suos et Veziros: unde angoris loco in corum pectoribus exstitit, et rei instar ingratae in eorum laetitiâ. Postquam igitur pulvis erat effusus in Almotadhedum, et delatum erat imperium ejus ad Almotamedum, assiluerunt ii ad persequendum Ibn Zeidounum, aestuantique agitatione impulsi sunt (313), et omnibus numeris absolutae injustitiae hac in re indulserunt (314), incitaruntque Regem ad cladem ejus, et ostenderunt illi, rectam agendi rationem contineri evertendâ ejus dignitate, et adversus eum moliti sunt, quod in ipsos ille molitus fuerat, et insidiati sunt ei, ut ipsis ille insidiatus fuerat; quare Almotamedo schedam in manus injecerunt, quae comprehendebat sequentia:

O illustrissime et maxime Rex! incide venas jugulares improbi cujusque, qui fremit (315),

Et reseca gladio tuo (insanabilem) morbum simulatoris cujusque, qui studium pulcri prae se fert, dum contrarium illius (in pectore) abditum habet.

---

(313) Scholion, ad h. l. adscriptum, in quantum de diversis significationibus verbi جاش exponit, ex Camouso desumtum esse, verborum ordo manifesto arguit: unum illud أى خبثت ibi quidem non legitur, sed ex alio Camousi loco, in quo verbum خثى explicatur, repetitum est.

(314) Verba بَرَوْا وراشوا proprie significant: *dolando praeciderunt et alis agglutinatis aptarunt*: cum igitur utrumque eum laborem exprimat, qui ultimus ad concinnandas absolvendasque sagittas requiritur, sat facili figurâ τὸ برى وراش فى امر كذا hîc eo transfertur, ut significet: *omnem operam rei impendit omnibusque eam numeris absolvit.* Quam, credo, dictionis vim non intelligens, scriba Cod. G., vel ipse, vel ex alio exemplo legendum proposuit: وبروا فى البَغْى سِهامَ الكَيْدِ وراشوا; ne autem dicam, mox sequi وكادوه كما كادهم, itaque mentionem de سهام الكيد, *sagittis doli* vel *insidiarum*, hîc jam factam, haud valde congruam fore, non video etiam, quomodo in istâ verborum serie فى البغى satis bene explicares. Animadverti tamen debet, ipsius Scholiastae haec, quibus sensum verbi راشوا exponit: ألزقوا عليها الريش, non levem suspicionem facere, jam illi similem lectionem interpolatam ante oculos fuisse: alias enim non عليها (quod jam ad سهام referendum est), sed على السهام necessario scripsisset. Quod autem post فى البغى ex Cod. L. in textum recepi بِهِ, hoc neque tum sententiae officit, cum exprimi putas بذلك, h. e., بطَلَب ابن زيدون, neque tum inprimis, si sumere liceat, verbum بغى non tantum cum على, sed etiam cum ب illius, *in* quem *insolentem et injustum te geris*, construi.

(315) Si Scholiasta, verbum نأم explicans, voluerit illud *hoc* loco *rugitum leonis* significare, manifesto errasse videtur: nam imago *rugientis leonis*, in quemcunque sensum accipias, hîc certe parum convenit. Quare non dubito, quin auctor carminis magis generalem istius verbi vim spectaverit, et *fremitum* vel *occulta murmura*, *ex indignantis et magna molientis pectore profecta*, expresserit: patet enim ex versu 3° et seqq., eum tecte Ibn Zeidounum accusare, quod seditiosis verbis pro suâ causâ turbas excitaret.

Ne contemne sermonem, quod parum ei noxae inesse videatur: sane sermoni sunt enses, qui vulnerant.

Et Rex quidem tuetur regnum suum ab uno aliquo enuntiato, quod latius serpere solet, et mox palam reddi, postquam traditores nactum est, qui (illud) in majus extendunt (316):

Quanto igitur magis (animadvertendus est) sermo, quem publice jam proferre coepit vulgus nostrum (317)!

Sane Deus novit, omnes, qui eâdem atque ego spe tenentur, anxie ab istis cavere et metu eorum affectos esse:

Et lacrymae profluunt e palpebris nostris, et ignis (tristitiae) ardet in visceribus nostris.

Et nosti profecto — nec adeo proderit tibi indicium rectae viae factum; sane tu enim ipse rectissimâ viâ in rebus gerendis incedis et admodum prudens es (318). —

---

(316) Si posterioris hemistichii verba bene pronuntiasse et vertisse videor, praepositio عن hîc ita explicanda est, ut vel Latinorum *per* exprimat, itaque propria verborum vis sit: *et mox palam reddi per traditores*, h. e. *operâ traditorum*, *qui* caet., vel *praegnanti* constructione pendeat a suppresso quodam verbo, sic facile supplendo: *et mox palam reddi* (*veniens*) *a traditoribus*, *qui* caet.

(317) Vox غَوْغَآءُ, quae ad sonum conformata videtur, proprie *locustas* significat, hinc vero etiam, ut in lexicis traditur, *multorum hominum confusam turbam:* unde satis probabile est, eâdem hoc loco magnam illam multitudinem, quae *vulgus* dici solet, summo cum contemtu exprimi. — Notabilis autem est in priore hemistichio usus formae masc. sing. كلم, quâ hîc *sermonem* significari, ratio loci indicat: et lexica quidem eam hoc sensu non offerunt; quare incertus haereo, quonam modo pronuntianda sit: itane, ut secunda litera vocali careat (nam foemininis formis كَلْمَة, كِلْمَة et كُلْمَة, quibuscum masc. illa tum conferenda esset, in ipsis lexicis *dictionis* notio tribuitur), an كَلَمٌ, quemadmodum ab aliis etiam verbis nullo cum sensûs discrimine nomina formae فَعَل et فَعَال ducuntur (ex. gr. زَمَن et زَمَان, *tempus*, ثَبَتٌ et ثَبَاتٌ, *constantia*, alia), an denique كَلِمٌ, quam formam cum lexica offerant ut *pluralem*, vel *collectivam*, referendam ad sing. كَلِمَة, *verbum*, *dictionem*, proprie tamen *singularem* esse, hanc autem formam *unitatis*, nemo non videat. Ex his igitur quisque, quod praestare censeat, optet; mihi cum textum parabam, alteram rationem sequi visum fuit; jam nescio, an quod postremum dixi, magis etiam probabile habendum sit: certe non puto, in utriusque Cod. consensu lectionem mutandam esse, nimirum sic, ut pronuntiato الكَلِم, et plurali numero huic tributo, pro sequente الذى, التى, et pro بهِ, بها substitueres.

(318) Animadvertenda est significatio *juvandi*, quam 2ae formae نصّر hîc tribuendam esse metrum indicat. — Scholion vero, ad initium sequentis versûs adscriptum, in quantum ad hunc locum spectat, sic vertendum est: *Enuntiatio* لَنْ يُنَصِّرَكَ الهَدَى *est* παρένθεσις, *et enuntiatio* فَلَأَنْتَ أَهْدَى *huic additur ut*

(Nosti, inquam,) Reges solere filios suos metuere, et licitum facere de sanguine eorum quod illicitum est (519):

---

longior quaedam lacinia, quae majorem vim addit sensui qui subest verbis ولن يتعدك الهدى: *hinc enim intelligitur, Motamedo rectae viae indicio non opus esse*, quoniam ipse rectissimâ viâ incederet. *Utraque autem illa enuntiatio, tam ἡ παρενθέτικη, quam ea quae laciniae instar subjungitur, locum non occupat in complexu verborum, quae in se invicem casuum diversitatem efficiunt* (dans la syntaxe désinentielle), *atque hoc quidem, etiamsi obtinet insertio, quâ ultra unum versum sententia continuatur* (puto necesse esse, ut pro تضمينا legas تضمين); *nec profecto talis hîc obtinet istius generis insertio, qualem faceret is, qui rite observaret Kafiae leges, cum proprium sit et peculiare in inserendâ propositione, quae (sententiae finem ad alium versum rejiciens) ipsa constituat Kafiam, hoc est, ultimum versûs vocabulum, ut haec* (Kafia) *sit verbum* (*non nomen, ut h. l.* أحزم). Satis, credo, ex hac translatione apparet, quid auctor scholii voluerit; reperiuntur autem in illo nonnullae formulae technicae, de quarum vi Sacyus et alii exposuerunt. Sic de significatione τοῦ اعتراض et جملة اعتراضية conf. illius *Anthol. Gr. Ar.* p. 190 in annot. 32; de dictione لا محلّ لهما من الاعراب, idem liber, p. 75 seqq. Arab., inprimis p. 76 vs. 5 seqq., et ejusdem *Gramm. Ar.* II. 453 seqq. N. 928. De eo, quid exprimatur voce تضمين, conf. Ewaldi liber *de Metris*, p. 135, et Freytagii *Darstellung der Arab. Verskunst*, p. 332, quorum tamen in neutro lex illa metrica commemorata est, quam Scholiasta in fine attigit.

(519) Hoc est: *profusionem ejus*, quasi scripsisset: تتحلّل من مهجاتهم الاعراق; forma autem ea plur., مهجات vel مهجات vel مهجات, quam lexica non commemorant, hîc eodem modo usurpatur, quo solet plur. دماء, cum de plurium quam unius *sanguine* sermo est. Caeterum, quod dicit, Reges solere ipsos filios suos metuere, nec eorum quidem vitae parcere, usu sane cognitum habebat Motamedus, utpote cujus frater natu major, nomine Ismaïl, qui patri Motadhedo in imperium successurus fuisset, ab hoc, cum in suspicionem venisset affectati regni, misere occisus est; rem narrat Abdolwahed l. l. p. MS. 87 seq., de causâ caedis haec referens (in Condei autem libro ne nomen quidem hujus filii offenditur): وكان سبب ذلك أنّ ولده المذكور وكان اسمه اسمعيل يبلغه عنه أخبار مضمونها استطالة حياته وتمنّى وفاته: *Causa illius rei haec erat, quod de filio quem diximus, nomine Ismaïlo, rumores ad eum afferrentur, quorum sensus esset, eum impatienter ferre longiorem vitam patris sui et cupere mortem ejus.* — Initium scholii, cujus majorem partem superius explicui, ad hunc versum pertinet: et tria quidem verba ejus, quae sola animadversionem aliquam desiderant, ساد مسد مفعولية, jam, paululum mutato ultimo et aliter pronuntiatis prioribus, sic mihi legenda videntur: سادّ مسدّ مفعوله, ut sensus sit: *Verba* أنّ الملوك *cum sequentibus sunt objectum verbi* علمت, (*nempe*) *quod opplet locum quem oppleret objectum ejus* (*proprie sic dictum*). Vult simpliciter, universam illam propositionem vice *objecti* vel *accusativi* verbi علمت fungi; dictio autem, quâ utitur, سدّ الشي مسدّ شي كذا, *opplet res locum quem opplere solet res alia*, h. e., *supplet defectum ejus*, in Grammaticorum libris non est insolita: sic Zouzenius in schol. ad Lebîdi *Moällacam*, ed.

Ac propterea dicitur: regnum (postquam unum peperit rectorem) effoeto est utero: non desiit (ab omni tempore) is qui parem se sisteret, in illo excitare bellum grave (320):

Quare tu reseca conatus fastuosos improbi cujusque, ne ad illud infestandum perveniant (321): morbus enim late serpere solet (per membra), si (libere) transit

---

Sac. p. 293 vs. 1 a f.: والعامل فيها الحال السادّة مسدّ الفعل, *quod vero nominativum casum istius vocis* (أزاميا) *efficit, est participium in accusat. adverb. positum* (عـَـقـَّـا), *quod defectum verbi supplet,* vel *vice verbi fungitur.*

(320) Praestat, credo, ut vox أعقم, quam in textu pronuntiavi أعقمَ, in nominat. casu efferatur, itaque loci structura ea sit, quam vertendo expressi: auctor enim carminis, citatâ dictione, quae duobus verbis الملك أعقم absolvitur, jam explicandi causâ, vel certe eundem sensum persequens, verba لم يزل الخ, aut de suo, aut aliena iterum mutuans, addidisse videtur. De dictione vero illâ, in Meidanii libro N. 4838 exstat quidem المُلْكُ عقيمٌ, idemque ut a Tebrizio ad Hamas. p. 703 vs. 15 commemoratum est, ita bis etiam offenditur in *Vita Timuri* T. I. p. 528 vs. 3 a f. et T. II. p. 614 vs. 5 a f.; at forma أعقمُ huic loco propria est, nempe metri causâ substituta, ideoque animadversione digna, quod in nullo lexico occurrit; in versu tamen Ibn Zeidouni, p. 58 vs. 1 edito, iterum reperitur, et forte ad eandem pertinet forma plur. عُقْمٌ, Hamas. 703 vs. 10, quam Tebrizius explicat ut pluralem ductam a sing. عقيمٌ (nimirum sumens, eam contractam esse ex عُقُمٌ; conf. Sacyi Gr. Ar. I. 263 vs. 4 a f.): certe de hoc dubitari non potest, quin illud أعقم ad genus formarum أفْعَلُ, فَعْلاءُ (plur. فُعْلٌ), referendum sit, cum, ut hae inprimis ad vitia exprimenda usitari soleant, ita illud significet *sterilem* vel *effoeti uteri* mulierem. Verus autem proverbii sensus is esse videtur, quem ipsâ servatâ imagine expressi: aliis verbis diceres: *regnum plures rectores quam unum non patitur*, vel, ut Mangerus in priore loco *Vitae Timuri* reddidit: *regnum consortem non fert;* in altero loco nullâ, ut puto, de causâ aliter, et multo quidem minus bene, sic vertit: *regnum liberis caret.* — In verbis لم يزل الخ, voci وَلِيٌّ eam vim tribui, quâ, ut in lexicis dicitur, significat *similem*, vel *qui ad idem pertinet negotium;* et sententiae ratio hoc unice requirere videtur: nam apparet, auctorem carminis voluisse: *non factum est unquam, ut juxta unum Regem alter se socium et ejusdem dignitatis participem sisteret, quin cum hujus conatibus bellum grave et perniciosum conjunctum esset.*

(321) Universi loci argumentatio haec est: *Nosti, Regibus adeo persuasum esse, oportere se privum sibi tenere tuerique imperium, ut cum ne ipsos quidem filios suos interdum a suspicione immunes habeant, horum etiam sanguinem effundere non vereantur: unde, ut inter omnes constat, regni societatem admitti non posse, nec nisi cum ancipiti bello et universae civitatis clade affectari, ita tu, quaeso, jam adverte, quid in tuo regno improbus quis moliatur, et conatus ejus, antequam exitum habuerint, fortiter reprime.* In universum igitur Regem monet, ut ab homine caveat, qui praeter modum insolens et longe nimiam auctoritatem sibi arrogans, maxima quaeque et scelestissima consilia proderet. Quod ideo praesertim explicui, ne quis e mentione de *filiis Regum* factâ efficeret, criminatorem istum reverâ voluisse unum aliquem e Motamedi filiis huic in suspicionem affectati regni adducere, et Ibn Zeidouno quidem hoc affingere crimen, quod

non resectus (322).

Quoties scintilla, quae ignitabulo temere excidit, adeo increvit, ut evaderet in montem ignivomum, qui omnes res dirueret (323)!

---

ad tale inceptum exsequendum ipse conspirasset. Sola Motamedi aetas satis jam arguit, istiusmodi calumniae locum non fuisse: natus enim anno H. 432, patri, a. 461 mortuo, in imperium successit annos habens 29 et 2 menses (conf. Casiri l. l. II. p. 210 a., Conde l. l. II. p. 24 vs. 4 et p. 47 vs. 8 et 13); res autem, quae hîc narratur, ipso, ut videtur, anno quo regnum capessivit, vel certe non post a. 463 (quo Ibn Zeidoun obiisse legitur), facta est; unde filius ejus natu maximus, Siradj-Addaula cognominatus (conf. Conde II. p. 54 v. 1 a f., et p 65 vs. 2), eo tempore vix undecim annorum aetatem excesserit. Aliter quidem in Abdolwahedii libro est traditum, nempe Motamedum patri suo, anno 464 mortuo, successisse annos natum 37 (MS. p. 93 et 94); at primum ipse auctor parum sibi constat, p. 139 narrans, eundem anno 487, vel ut alii dicerent, 488 mortuum fuisse, et tum annos habuisse 51 (voluit forte 61); ac deinde in universum animadvertendum est, persaepe magnum discrimen esse in annorum numeris, quos Casirius, Condeus et alii notarunt, si cum iis conferuntur, quos liber ille ineditus exhibet: nec plerumque, credo, huic major auctoritas quam illis tribuenda est, quanquam facile largior, in tam perplexâ istorum temporum ratione vix quidquam pro plane certo et nulli dubitationi obnoxio haberi posse.

(322) Hacc verba optime, puto, sic explicantur, ut aöristo يَحْسِمُ vis tribuatur participii, in accusat. adverbiascente positi, مُحْسِمًا, utque ipsa contineant generale quoddam effatum, quo antecedens admonitio firmata sit. Nam quod etiam in mentem venit, ut sic verterem: *morbus enim* (nempe *is*, *quo regnum tuum laborat*,) *late jam serpit; si ultra progreditur*, *resecari non poterit*, eâ de causâ minus probavi, (cum grammaticae quidem leges non obstarent; conf. Sacyi *Gr. Ar.* I. 126 med. N. 316 in f. II. 431 N. 868, et *Anthol. Gr. Ar.* p. 113 Arab.), quod altera ratio, si veram vim verbi سرى attenderis, cum ipsâ rei naturâ magis congruere censenda sit. Caeterum lectioni غدا, quam Cod. L. pro عدا offert, praeter ipsam sententiam hoc quoque obstat, quod mox in seq. versu verbum غدا offenditur (cujusmodi tamen ingrata repetitio in postremis hujus carminis versibus locum habet).

(323) De vi, voci بركان hoc loco tributâ, Praeceptor expositurus est; in scholio autem, ad eandem adscripto, quod integrum ex Camouso desumtum est (conf. Freytag. lex.), nescio quo errore ultima verba sic ex illo restitui: او جمع وواحدة بُرْكٌ الخ, cum pateat legendum esse: او جمعٌ وواحدهُ بُرَكٌ: dicit enim, *vocem* بُرْكان *aut singularem esse et pro formâ unitatis habere* بُرْكانة, *aut pluralem esse*, *et pro singulari habere* بُرَكٌ, *sicut a sing.* صُرَدٌ *fit plurale* صِرْدان. — In scholio sequente, quo verbum حطم explicatur, auctor hoc significat (iterum Camouso adhibito): *duplicem esse usum istius verbi*, *vel ad exprimendum:* fregit et demolitus est *rem cujuscunque generis*, *vel ad unice exprimendum*, fregit *rem aridam.*

[Auctor fui Weyersio meo, ut scholii auctoritate repudiata, illud versione sua exprimeret, quod sententia postulare videbatur. Lexica, quae consului, inedita non minus quam edita, vocem ignorant, nec etiam illud memorant, quod sub vicina forma بُراكِيَة solus habet Freytagius, huic voci *montis ignivomi* significationem tribuens. Atque utinam is vocabuli hac potestate mihi penitus ignoti fontem adjecisset! De simili notione vocis بُركان ex usu scriptorum satis constat, ut mox apparebit. Utraque forma primo adspectu esse videtur Arabica; at in toto verbo برك et amplissima illius propagine nihil omnino reperio, quod aliqua ex parte hujus

nominis caussam explicet, nisi forte nostrum بركان النار reddendum censeas *crater ignis*, collato بِرْكَة, *crater fontis*, ut nomen sit ductum a figura orificii montium ignivomorum, quod nos etiam *craterem* appellare solemus. Sed, ut verum fatear, hoc speciosius esse videtur, quam verius, nec dubito quin barbarum sit et certo monti proprium. Arabes ipsi montem ignivomum جبل النار, vel أُطْمَة (ἀτμή? i. e. *vapor*) pl. اطام appellasse videntur. Usum vocis اطمة, e Lexicis exulantis, didici ex Mesoudii, *Moroudj adz-Dzahab*, MS. 282 p. 105 et MS. 537. T. I. p. 172, qui sic vocat montem ejusmodi in insula quadam maris Caspii situm, tum addit: وهذه الاطمة تُشبّه باطمة جبل البركان من بلاد صقلية من ارض الافرنجة وبلاد افريقية من ارض المغرب وليس من اطام الارض اشدّ صوتا — من الاطمة التى فى اعمال المهراج الخ
Vides simul antiquissimum exemplum nominis بركان, quod Mesoudius hic tribuere videtur duplici monti, Siculo et Afro. De hoc nihil habeo, quod addam; Aetnam vero sic appellarunt etiam alii, in his ignotus auctor narrationis de expeditione a Moslemis sub Moawiae auspiciis in Siciliam suscepta, quae exstat in Cod. Niebuhriano ad calcem librorum Pseudo-Wakidaei de expugnatione Mesopotamiae, Armeniae et Iracae, p. 279: وفيها (inquit) جبل البركان المشهور ذكره فى الافاق يتّزر بالسحاب لافراط سموه ويعمم بالثلج صيفا وشتاء دايما. At asch-Scherif al-Edrisi, cujus, ut Siculi, maxima hac in re est auctoritas, Aetnam simpliciter appellat *montem κατ' ἐξοχήν*, *qui etiam nomine montis igniti notus est* (الجبل المعروف بجبل النار ايضا), unde hodieque Itali, ab Arabibus nomen mutuati, eam *Mongibello* vocant. At huic scriptori *Borkan* nomen est unius insularum Aeoliarum, monte ignivomo insignis, quam veteres Hieram, ut prae caeteris Vulcano sacram, nominant, hodierni *Volcano*. Hanc enim ab al-Edrisio designari, ex eo apparet, quod eam a Strongyle (استرنجلو), quae sola praeter Hieram monte ignivomo celebrata est, distinguit. Vide Geogr. Nub. p. 195 sq. 199, ejusdemve repetitam editionem in Rosarii Gregorii *Rerum Arab. Collect.* p. 112 sq. et 116. In illa dubitatione auctorum, البركان nunc cum Aetna confundentium, nunc ab eadem distinguentium, caussa mihi quaerenda videtur hallucinationis al-Kazwinii, qui in كتاب اثار البلاد واخبار العباد, MS. 512. p. 224 sq., in Sicilia جبل النار et البركان العظيم, quasi duas res diversas et distinctas, collocavit. Abulfeda, qui asch-Scherifum al-Edrisium ante oculos habuit, sed ab edito discrepantem, triplici Geographiae suae loco hujus rei mentionem fecit, verum admodum obscure atque imperfecte. Vide Reiskium apud Busching. *Magazin für die neue Hist. und Geogr.* T. IV. p. 231 (quem locum tamen ipse auctor, ut ex Codicis autographi litura constat, deleri voluit), p. 234 et T. V. p. 358. Nunc enim al-Borkan collocat in ipsa Sicilia, nunc in parva insula, juxta angulum Siciliae orientalem, vel, ut alibi dicit, occidentalem. Tum dicit, duos esse montes ignivomos, al-Borkan et Aschtambari (Stromboli); denique hoc ab Edrisio dictum affirmat, hos ambos montes al-Borkan appellari, quorum hic in insula ad septentrionem Siciliae, ille in ipsa hac insula situs sit. Haec ille, a quo saltem hoc diserte edocemur, *Borkan* legendum esse: nam, quod Reiskius in versione sua non memorat, singulae vocis literae et vocales in Arabico textu indicantur; porro videmus, vocabulum بُرْكان, non minus quam استنبرى, Abulfeda judice barbarum esse; cum illud Arabice *fulmen*, hoc *tonitru* significare dicat (ومعناهما بالعربى البرق والرعد). Quod ut inane et ridiculum, ita repudianda quoque Reiskii hariolatio, l. l. p. 231, ad Du Cangii glossarium Latinum provocantis in voce *Burca*. Hanc *cloacam* explicant, et Graecum βούρκανος, quod ibidem loci et in Graeco glossario exstat, non est *vorago*, ut in v. *Burca* illam Du Cangius exponit, sed *coenum* et *lutum* (cf. *spurcus*, *porcus*), quod Arabicae voci non satis respondet; Latinum illud *vorago* tamen haud male responderet Freytagiano بُرَاكِيَّة. At بُركان de quo agimus non dubito quin ex *Volcano*, nomine recentiore insulae Hierae, corruptum, et deinceps plane ut vox Italica unde derivata est, ad omnes montes ignivomos translatum et ex proprio nomine appellativum factum sit. Sed hoc quod dixi apud occidentales maxime invaluisse videtur. Nam بركان memoratur

Et itidem pro exemplo est torrens, qui obvia quaeque abripit: nam tenuis duntaxat pluvia ejus initium fuit; deinde (obruit eum et exundare fecit) imber compactus (324).

Opes autem faciunt, ut qui eas possideant studium suum res bene tractandi mittant: jam (hoc) intellige, es enim in interioribus (perspiciendis) intelligentissimus (325):

Ac memento quod prius fecit pater tuus unicuique suspecto: profecto enim nosti.

Non reliquum ex iis ullum servavit, quem exspectabat male facturum; quo contigit, ut limpida ei essent (negotia) mundi et dulcis sapor oris (326).

---

in insulis Aeoliis, in Sicilia, in Africa, at in Oriente nusquam, ubi اطمة cum pl. اطام frequentatum fuisse verosimile est. II.]

(324) Animadvertenda est forma foem. أُولَى, hic *neutro* sensu *initium* exprimens. Quod vero ad ultimum verbum attinet, in textu ex Cod. L. edidi يسحجم, putans hoc, cum voce وبل conjunctum, significare posse Latinorum *imbrem effusum*, h. e. *magno impetu et copiose fluentem;* at accuratius de re inquirens, agnovi, verbo سحجم non aliam subesse quam simplicem *fluendi*, *defluendi*, notionem; quae cum huic loco, gravius quid desideranti, non congrueret, jam ad spretam lectionem Cod. G., يجسم, refugi, et ipsam hanc vertendo expressi, sumens verbum جَسُمَ, cum proprie significet: *magno et solido corpore fuit*, hic liberius de imbre usurpari, qui *densissimus* ac veluti *compactus* decidit. Conf. vox Hebr. גֶּשֶׁם, *imber*.

(325) Cum nomen Ibn Zeidouni exprimere non audeat, vel alio quoquam modo eum aperte indicare, jam tamen satis sibi dixisse videtur, quo Regem in cogitationem primarii Ministri induceret.

(326) Alterius figurae complura exempla a Willm. in lex. v. صفا allata sunt; facile autem vides, *rerum tranquillitatem* significari; altera non minus perspicue *omnis generis felicitatem* exprimit: forma enim مَطْعَمٌ, quae proprie *locum gustandi* cibum (*palatum*) significat, hinc ad ipsum *oris gustum* vel *saporem* transfertur: sic in loco Harir. (ed. Sac.) p. 298 vs. 4 opposità figurà dicitur: كَمْ طَمَسَ مَعْلَمًا، وَأَمَرَّ مَطْعَمًا، وَطَحْطَحَ عَرَمْرَمًا، وَدَمَّرَ مَلِكًا مُكَرَّمًا: *Quot sunt, qui penitus obliterarunt vestigium (alius cujusquam) et amarum reddiderunt saporem, et dissiparunt numerosum exercitum et perdiderunt Regem honoratum.* — Caeterum, quod ad agendi rationem Motadhedi attinet, cum satis notum sit ejus ad suspicionem, iram et incredibilem paene crudelitatem proclive ingenium (conf. Conde l. l. II. 25 vs. 14 seqq.), tum digna inprimis videntur quae ad hunc locum illustrandum in medio ponam, haec Abdolwahedii, l. l. MS. p. 86, quibus enarrat, quam ingratum mox et saevum se Rex ille, postquam per breve tempus ex more paterno satis aeque regnarat, in Veziros illos gesserit, qui et de patre ipsius et de ipso optime meriti essent: ثم بدا له أن يستبدّ بالامور وحدَه وكان شهمًا صارمًا حديدَ القلب شجاعَ النفس بعيدَ الهمّة ذا دهاء ووانته مع هذا المَقاديرُ فلم يزل يَعْمَل فى قطع هاولاء الوزراء واحدًا واحدًا فمنهم من قتله صَبْرًا ومنهم من نفاه عن البلاد ومنهم من أماته خُمولًا وَفَقْرًا الى ان تمّ له ما اراده من الاستبداد بالامر: *Deinde visum ei fuit, solum exclusis caeteris omnibus in rerum gubernatione versari;*

Et quare tu timidus abstineres a simili facto? sane enim et ipse in rebus (expediendis) acerrimus es et admodum strenuus (327),

Et scutum tuum est constantia, quae non recedit, et ferrum tuum acies, quae non obtunditur, p. 52.

Et status tuus admodum amplus est, et excellentiae tuae sunt abundantissimae, et gloria tua inprimis excelsa, et firmitas tua rebus adhibita mordax (328).

Ne relinque hominibus locum suspicionis (329), et providus esto: solent enim tui similes in casibus magnis providi esse.

Extulit poëta Kindae anteacto tempore versum, qui in noctium transitu notus erit (330):

---

erat autem vir promtus, strenuus, acri corde, forti animo, magna et longinqua spectans, astutiâ pollens, ac praeterea obsequebantur ei fata: non desiit igitur studiose eniti ut Veziros hosce alium ex alio removeret, ac nonnullos quidem violentâ morte necavit, alios e terris suis relegavit, alios denique per conditionis miseriam et paupertatem morti tradidit, donec ad exitum ipsi perductum esset consilium sine alio ullo regnum gubernandi.

(327) Altera illa lectio, وَأَشْهَمُ (quae forma in lexicis non exstat), sensum non multum diversum habet, cum hac receptâ vertendum esset: *et promtissimus* vel *excitatissimus.*

(328) Vox عَوَالٍ est pluralis, ducta a sing. عَالِيَةٌ, *alta*, *excelsa*, cui pro variis quae suppleantur nominibus diversus sensus subjici potest; hoc loco supplendum esse الصِّفَات, *attributa*, et idem igitur significari, quod supra voce عَلِيٌّ (conf. ann. 113 in p. 95), satis est evidens. — In fine versûs ipsa sententiarum *παραλληλία* suadere videtur, ut voci ضَيْغَم *adjectivam* potestatem, quae ei propria est, tribuas, nec, ut Scholiasta voluit, eam *substantive* positam, *leonem* exprimere putes; quanquam hoc quidem fateor, me aliis exemplis probare non posse, formam eam *communis* esse generis. Ad sensum quod attinet, conferenda est Latinorum dictio *mordicus rem tenere*, et inprimis etiam ipsum verbum Arabicum عضّ (quo in eorum lexicis ضغم explicatur), quod cum ب constr. significat: *mordicus* vel *tenacissime adhaesit.*

(329) Forma تُهَمَة, quam hîc offendi metrum arguit, a solo Meninskio commemorata est: in reliquis lexicis tantum exstat تُهْمَة. Caeterum ex sequentibus versibus manifesto apparet, eum hoc velle: *Tranquillos redde cives, e medio sublato illo, qui anxiae suspicionis causa est.* *conf.* تخمة *et* تخمة.

(330) *Noctium* vocabulo simpliciter *tempus* designari, supra, p. 84 in ann. 67, dixi; conf. vero etiam de hoc loco infra ann. 333. — Quae in scholio ad nomen كندة adscripta leguntur, sic vertenda sunt: *Kinda est locus in urbe Coufae, ejusque poëta dicitur Aboutthayeb* (Motanabbi), *quoniam ibi natus est; versus autem qui sequitur, huic carmini insertus, pertinet ad poëma illius, quo perstrinxit Ishakum ben Ibrahim ben Caighalagh, dominum Tripolis, Syriae urbis; erat hic vir durus, qui non aliis utebatur sodalibus praeter tres viros ex posteris Haidarae, quos inter et Aboutthayebum inimicitia obtinebat; cum igitur urbem illam transiret Almotanabbi, revertens Ramlâ Antiochiam, instigarunt Ishakum adversus eum, et dixerunt illi: non decet eum te praeterire absque ut laudes tuas celebret, nec aliâ de causâ te laudare negligit, quam quod te despicatui habet. Tum ergo nuntium ad eum misit Ishak, et rogavit eum ut se carmine lauda-*

ret; Aboutthayeb vero excusavit jusjurandum, quo obstrictus esset, ut ne quem laudaret ad certum usque temporis spatium, quod definiebat; quo audito eum detinuit ab itinere suo, exspectans, donec elapsum esset istud spatium. Interim Aboutthayeb hoc carmen extulit, et dictavit illud viro, cujus fide fretus erat; ac postquam colliquefacta esset nix et decrevisset, exiit Aboutthayeb, speciem prae se ferens se Damascum proficisci, et insequi eum fecit Ibn Caighalagh equites et pedites, et evasit e manibus illius; tumque simul in publicam notitiam pervenit carmen illud, quod longum est, sic incipiens:

Amori, in animis sedenti, arcanum est, quod non cognoscitur: temere et nullo consilio oculos (in te) conjeci, dum putabam me (ab amore) admodum tutum esse.

Quae in his de loco et tempore confecti illius carminis referuntur, ad verbum conveniunt cum iis, quae ante ipsum praemissa leguntur in Cod. 25 (Motanabbii exemplum continente, Mauritanicis literis exaratum et scholiis carens), p. 99, unde facile fuit, quae hîc mendis corrupta essent illinc emendare. In Cod. 542, qui simul Wahidaei commentarium, vel potius excerptum ejus, exhibet, non aliud praemissum est, p. 196, quam hoc: وقال يهجو ابن كيغلغ. Nec plura offert Hammerus in Germanicâ Motanabbii carminum translatione, p. 168. De nomine autem illo, equidem ut in Cod. 25 perspicue scriptum inveni, exarandum curavi ابن كَيَغَلَغْ (Cod. 542 nulla ei vocalium signa addita habet); Hammerus idem scripsit *Ben Kaighlogh*, et Freytagius, in *Selectis ex hist. Halebi*, p. 31 med., 32 init. caet.; *ben-Cighalgh*: utrum hoc, an quod in Cod. 25 exstat, magis probandum sit, decernere nequeo, nec certe patet ex ipsius carminis versu 14° (totum constat versibus 36), qui nomen viri continens, sic sonat (sanequam acriter et parum honeste):

يُحْمِى ابنُ كيغلغَ الطَّرِيقَ وعِرْسُهُ ما بَيْنَ رِجْلَيْها الطَّرِيقُ الأَعْظَمُ

Hîc ergo per metri rationem et كَيَغَلَغ et كيغَلْغ pronuntiari potest; in carminis autem, quod statim sequitur, et quo poëta eundem virum perstrinxit, audito eum caedem suam cuique licitam fecisse (انه يهدره), in hujus igitur versu primo:

(الطويل) أتانى كلامُ الجاهلِ ابنِ كيغلَغٍ يَجُوبُ حُزُونًا بيننا وسُهُولَا

Pervenit ad me sermo insciti istius, Ibn Caighalagh, transiens loca, inter nos interposita, salebrosa et aequa,

mira ejusdem nominis pronuntiatio (sive porro كَيَغْلَغ, sive كيغَلْغ legere placeat) licentiae poëticae tribuenda videtur. [Est nomen Turcicum, cujus si veram formam et significationem conjiciendo assecutus sum, probabile est, Arabice pro lubitu كَيْغَلَغ et كَيْغَلْغ pronuntiari posse, quae diversitates expediendo metro sufficiunt, reliquas rationes falsas esse. Nam لْغ, alias لْق vel لْك, et in lingua Turcica Orientali لِيغ, لِيق, لِيك, est terminatio quibusvis substantivis addi solita et ex concretis abstracta faciens. Jam كِيْك vel كَيِك est *cervus*, et hinc كَيْكْلِق vel كَيِكْلِق *cervina natura*; hoc autem nomen, quod vel ad *celeritatem* referre poteris, vel ad *pulcritudinem*, necessario istum in modum ab Arabibus emollitum et ad secundam, non ad primam, declinationem relatum est, assumta etiam ex sua scribendi lege in forma كَيْغَلَغ vocali euphonica in prima Ghain. H.] — Ad intelligentiam primi illius versûs, quem Scholiasta tradidit (Cod. autem uterque pro النفوس, القلوب offert), monendum est, poëtam incipere a praedicandâ laude puellae, quae subito ipsi nec opinato vehementem amorem inspirasset. Nostrum Wahidaei exemplum haec ad eum annotata exhibet: يقول سَرِيرةُ الهوى لا تُعْرَفُ ولا تُدْرَى من أين تأتى كما قال

« Non prius tuta est altitudo excelsa a noxâ, quam ad latera ejus sanguis effusus « est (331)."

Hunc igitur (versum) fac exemplum tuum, quod consueto more exprimas in unoquoque, qui insolentem se gerat: tuum vero consilium inprimis est sapiens (332).

(الكامل) انَّ المُحَبَّةَ أمرُها عَجَبُ   تُلْقَى عليكَ وما لها سَبَبُ

وقوله عَرَضًا فُجاءَةً وٱعتراضًا من غير قَصْدٍ كقول عَنْترة عُلِّقْتُها عَرَضًا يقول نظرتُ عن فُجاءة وخِلْتُ انى اسلم: *Dicit:* arcanum amoris nescitur et ignoratur unde veniat. *Quemadmodum* (*alio loco*) *dicit:*

Sane res amoris est miraculo: injectus in te venit absque ut causam habeat.

Quod vero dicit عرضا, *significat hoc* de improviso et ipsâ re se offerente, nullo (illius, cui se offert,) consilio; *ut in Antarae dicto:* ardenti ejus amore de improviso captus sum. *Dicit ergo:* Oculos adverti de improviso, dum putabam me admodum tutum esse. — Antarae verba illa exstant in 7° versu ejus *Moällacae*, ed. Menilii p. 38; conf. Zouzenii scholion, ibid. p. 84.

(331) Poëta in loco carminis, ad quem hic versus pertinet (est autem 11us), orationis argumentum eo deflexum habet, ut acriter de hominum iniquitate et malâ fide queratur, efficiens inde, misericordiae et gratiae nullum posse locum esse, unice vero studendum, ut ipse salvus sis et terrore incutiendo vim improborum avertas. Proxime eum antecedunt hi duo:

والناسُ قد نَبَذوا الحِفاظَ فمُطْلَقٌ   يَنْسَى الذى يُولَى وعافٍ يَنْدَمُ
لا تَخْدَعَنَّكَ من عَدُوٍّ دَمْعَةٌ   وٱرْحَمْ شَبابَكَ من عدوٍ تَرْحَمُ

Projecerunt homines observationem (juris alieni), ita ut qui libere dimissus est obliviscatur beneficii in se collati, et eum qui crimen ignovit mox facti poeniteat.

Ne dolose te fallat lacryma hostis, et miserere juventutis tuae (servando eam) ab hoste cujus misericordiâ commovearis.

Ad versum, in textu citatum, haec Wahidaeus annotavit: لا يسلم للشريف شرفه من اذى الحُسّاد والمُعادِينَ حتى يَقتل حسّادَه وأعداءه فاذا اراق دِماءهم سَلِمَ شرفُه يصيرُ مَهيبًا فلا يُتَعَرَّضُ له (*Vult:*) *non prius immunis est viro celso celsa sua dignitas a noxâ invidorum et hostium, quam occidit invidos et hostes suos: quorum ubi sanguinem effudit, tuta est dignitas ejus, cum metuenda evadat nec quisquam audeat se ei adversum opponere.* Evidens vero est, poëtam verbis illis, quibus generali usus effato docet, *vi utendum esse, ut salvus sis*, imaginem expressisse arcis, in excelso loco exstructae, quae non prius metum sui faceret et pro invictâ haberetur, quam ad diversa *latera* vel *angulos* ejus (جوانب) oppugnatorum sanguis conspectui pateret. Caeterum, in *Vita Timuri* I. p. 30, idem versus laudatus est, unde apparet, eum per sensum suum τυραννικώτατον inprimis celebratum fuisse.

et in libro فاكهة الخلفاء p. ١٣٠.٤

(332) Cum ultimis his verbis quodammodo conferenda est solennis Arabum dictio وٱللّٰهُ أعْلَمُ: videntur enim eum in finem adjecta esse, ut consilii, sapientissimo scilicet Regi dati, temeritatem atque arrogantiam aliquantum lenirent. Vult, credo, poëta: *si sagacissima tua mens secus agendum esse statuat, mediocritas mea ejus judicio facile cedet.*

Et incolumis esto per dierum decursum (333): sane tu es ornamentum eorum et decus, et tempus sine te foret (totum) infortunii.

Non desiisti gratulandus esse splendidâ victoriâ, et religio a laudabili tuo studio subridet (334):

Ac prohibuisti ingratos fortunae casus, et mane adsunt aves hilaritatis in arbustis vestris cantitantes (335),

---

(333) Simpliciter, credo, على الايام dictum est pro على مرّ الايام (conf. vs. abhinc 3us); quo posito haec ita verti, ut Meninskius praeiit, qui in lex. v. على verba على مرور الشهور والاعوام reddidit *per decursum mensium et annorum;* cum tamen neutiquam credam, Arabum على vim habere Latinorum *per*, nempe quo temporis *spatium* exprimitur, propria vis illius in istâ dictione alterutro modo explicanda videtur: vel, ut Latinorum *in* significet, nostrum *bij* (*in transitu dierum*, *bij het voorbijgaan der dagen*), vel ut vim, non minus ei propriam, *τοῦ non obstante* exprimat, et hoc igitur loco elliptica dictio على الايام conferenda sit cum simili, quae supra, p. 46 vs. 5, se obtulit, مع الكرم (conf. annot. 265).

(334) Quod ad prius attinet, Motamedus jam anno 444 (ergo aetatis 12°? conf. annot. 321) expeditioni militari interfuisse legitur (in Condei l. l. II. 32. vs. 5 a f.), et complura deinceps bella, vivente patre contra diversos Hispaniae regulos suscepta, felici successu gessit (conf. ibid. II. 35 vs. 7, 39 vs. 3 seqq., 43 vs. 4 a f.). De posteriore effato, adulationem continet certe ad vivum non resecandam: nam nec severi Motamedo mores, nec eidem in infestandis debellandisque Christianis strenui conatus tribui possunt: alterum patet ex loco Condei II. 48 med.; alterum adeo verum est, ut, cum pater ejus, continuis adversus populares bellis implicitus, bella sacra plane neglexisset (conf. ibid. II. 44 in f.), ipse tantum abfuerit, ut aliam agendi normam sequeretur, ut postea ne veritus quidem sit cum Alphonso, Rege Galliciae, societatem inire ad Regem Toleti perdendum; conf. ibid. II. 61 seqq.

(335) In initio versûs, si bene pronuntiavi ووقيت, animadvertendus est usus ille verbi وقى, cui ex omni parte similem lexica non tradunt; nescio autem, an praestet pronuntiare ووُقيت in passivâ formâ: quo facto, cum Arabes dicant وقاه شرًّا, *protexit*, *servavit eum a malo*, hic sensus exsisteret: *Ac servatus* vel *tutus es ab ingratis fortunae casibus.* In altero hemistichio, satis quidem perinde est, utrum ex Cod. G. legatur طير السرور, an ex L. طير السعود, *aves felicitatis;* at ratio tamen loci prius causam suppeditat, cur illa lectio in hanc, quam cur haec in illam mutata fuerit. — Cum vero hîc appareat (conf. p. 57 vs. 5), aöristum تترنم post verbum اغتدت eandem plane vim habere ac participium, superius (in ann. 273) forte imprudenter asserui, verbis Ibn Zeidouni أمسى يغنّينا (p. 47 vs. 1) necessario subesse *imperfecti* temporis notionem; unde, si quis hoc loco collato, jam illum sic explicare velit, ut simpliciter sensus sit, *cujus memoria nobis vespere grata carmina canit* (تذكّره أمسى مغنّيا ايّانا), equidem non refrager. — Denique, quod ad usum pron. plur. 2ae pers. in voce بايككم attinet, ut supra, p. 88 in ann. 84 et p. 154 in ann. 260, jam dixi mihi parum verosimile videri, Arabum poëtas istius generis ἐναλλαγῇ pro arbitrio usos fuisse, ita hîc quoque non difficile est rem sic expedire, ut carminis auctor voluerit *in arbustis gentis tuae*, et universae igitur Abbadidarum familiae felicitatem et splendorem spectaverit.

Redundavitque a te in hostes aerumna, quam non superabunt (336), et rerum p. 53.
status arduus.

Cum jam pulsatae essent (337) aures Almotamedi hac (schedâ), et intellexisset malitiam rationis ejus, abstinuit ab eo, quod isti volebant, et repulit linguas eorum, qui Ibn Zeidouno insidiabantur, responsione reddendâ, quae solvebat de iniquâ vi eorum id quod nexum erat (338), et rugiebat in eos sicut rugit leo in oves (339); quaeque indicio est, dignum eum fuisse imperio (340), et summum locum tenuisse in verticibus praestantiae, et plane similem fuisse primariis in justitiâ viris, qui aures averterent a calumniatoribus, et respuerent iniquos oppressores, cognitumque haberent sensum calumniis tribuendum earumque causas, et convicia facerent earum auctoribus et artificibus; pulcherrimum vero inter ornamenta Regum hoc est, ut

---

(336) Cum 10a forma استقلّ non tantum *activam* vim habeat rem *levem censendi*, et (*ut levem*) *in humeros suscipiendi et asportandi* (quo sensu eam cum accusat. construi, ipsa ratio docet), verum eidem *media* quoque vel *neutra* potestas subjecta sit *se efferendi*, *se loco movendi*, *abscedendi*, hinc patet, cur cum ب constructum significare possit, onus *de loco sustulit* (ex. gr. Bidp. ed. Sac. p. 85 vs. 3), et hîc figurate, aerumnam *vel* cladem *e medio sustulit*, *superavit*; itidemque, cur et dictum reperiatur استقلّ بالمُلْك, et استقلّ على المَمالك (in *Vita Timuri* T. I. p. 34 vs. 1 et p. 110 vs. 2 a f.), cum alterum proprie exprimat *abscessit cum regno*, alterum *extulit sese super ditiones*; utrumque autem in unam *potiendi* notionem abire, facile sentis; conf. etiam supra locus Ibn Khaldouni p. 115 med.

(337) Cum figuratâ hac dictione, quam apparet a *pulsatâ* januâ translatam esse, notio quaedam *commovendi* vel *percellendi* conjuncta videtur: praeter locum Haririi, a Willm. in lex. citatum, ed. Schult. I. 10, ed. Sac. p. 14 vs. 2, conferendus etiam hic est, qui in Abdolwahedii libro, MS. p. 172, exstat, desumtus ex epistolâ Abou Abdallahi Mohammedis ben Abilkhisal (vid. supra p. 60 in ann. 1), quam ad aliquem amicorum responso misit: ولما فاحنى (l. فاهنى) أبتداؤه، وقرع سمعى نداؤه، : *et postquam appellavit me exordium ejus* (epistolae tuae), *et pulsavit auditum meum inclamatio ejus* —. Quo loco adhibito, hîc quoque ferri potest, quod scheda ab aliquo *lecta*, ejus *aures* pulsare dicitur.

(338) Hoc est: *quae penitus enervabat et infringebat eorum calumnias.*

(339) Vox, quâ auctor usus est ad *oves* significandas, proprie parvum et deforme earum genus exprimit; unde, nisi solius resonantiae causâ النقد pro الغنم substituisse videatur (conf. Harir. locus, ed. Sac. p. 199 vs. 4), illius usu majorem etiam vim ipsi imagini addere voluit.

(340) Animadvertenda est significatio, 5ae formae تَحَقَّقَ hîc tribuenda, τοῦ *dignum* vel *aptum esse*; praepositio autem ب, quae eam sequitur, propria est adjectivis حَقٌّ et حَقِيقٌ, *dignus* vel *aptus*. — In sequente sententiâ, cum verbum تَسَنَّمَ accusativum regere soleat, edendum putavi وتسنّمه لِذرى, non بِذرى; quanquam ad hoc tuendum afferri posset, alia etiam verba, quae significant *in summâ* rei *parte fuit*, non tantum cum acccusat., verum etiam cum ب construi: sic in *Noct. Arab.* T. I. p. 22 legitur: وبات يَقْمقم

surdos se simulent ad audienda maledicta in talem cui maxime faveant (341) conjecta, et modestiores sint (342) quam ut de gradu suo dejiciant virum nobilem et eminentem, utque a se removeant unumquemque insolentem, et repellant omnes, qui odiosa verba corvi instar clamitent, aut hyaenae instar vociferentur (343); responsio igitur (Motamedi) haec fuit:

Mentiuntur incogniti, sive aperte loquantur, sive obscure balbutiant: mea agendi ratio firmior est, et indoles mea nobilior (quam ut istiusmodi calumniis movear) (344).

(1. والقَشّ) بالتِّبْنِ والقشم: *et totam noctem incubuit (taurus) in stramine et stipulis*, cum tamen lexica verbum قمقم non minus quam تسنّم, quo ipso illud explicant, solum accusat. post se habere tradant.

(341) Vocem وَلِيّ hic aliam vim habere quam supra, p. 51 vs. 1 (conf. ann. 320), ipsa loci ratio demonstrat: quare jam ei illam significationem tribui, quam lexica Latino *amicus* vel *dilectus* exprimunt, nostrates autem saepe redderent *gunsteling*. Conferenda in hunc sensum est nota Schiïtarum formula: محمد رسول الله وعلىّ ولىّ الله, *Mohammed est Legatus Dei et Aly amicus Dei*; vide quae de alterâ ejus parte nuperrime disputavit Sacyus in *Nouveau Journal Asiat.* 1831. p. 210 seqq.

(342) Praeferenda videtur haec lectio ei, quae in L. exstat, cujus sensus est: *et majorem se praestet quam ut*, vel *et infra se esse existimet ut* caet.: quae uti a librario profecta videtur, quem altera ob causam satis apertam offenderit, ita haec unice commendatur similitudine sonorum التواضع et الوضع.

(343) Ultima verba scholii, ad h. l. adscripti, sic vertenda videntur: *crocitatio autem quae corvo est propria, et vociferatio hyaenae metaphorico sensu inserviunt exprimendae orationi ejus, qui odiosa verba effert; idque propterea, quod uterque ille sonus invisus est auditui et molestus in rerum naturâ*. — Caeterum conf. Meidanii liber N. 2348.

(344) In priore hemistichio animadvertenda est forma plur. مَنَاكِر, ducta a part. pass. 4ae formae (*substantive* posito) مُنْكَر: formae enim مفعل, quâcunque vocali aut prima litera Mim, aut tertia litera instructa sit, plurale habent ad مَفَاعِل exactum: sic a sing. مُصِيبَة, *substantive* posito et *adversum fortunae casum* significante, plur. مَصَائِب ducitur; conf. Sacyi Gr. Ar. I. p. 273. Credo autem, voce مناكر h. l. *incognitos*, h. e. ἀνωνύμους, dici, quanquam fieri etiam potest, ut significaverit *iniquos*, *astutos*. — In altero hemistichio necesse videtur, ut articulo vocum الدين et السجية ea, quam expressi, vis tribuatur; quod vero ad أَمْتَن attinet, significatio ei propria optime quidem in hunc locum cadit, at lectio أَمْتَن, *benignior*, quae in G. offertur, praesertim ob vocem παράλληλον أكرم non minus bene se habet: nec offendere hoc potest, quod ratio linguae contractam formam أمنّ postularet: nam cum in universâ hac re major poëtarum libertas sit (conf. Sacyi Gr. Ar. II. p. 372 N. 685), tum in istiusmodi formis contractionem saepius negligunt; sic in ipsis lexicis notatum est, a verbo جلّ duci أجلّ et أجلل.

conf. Ewald 1. p 198 in f.

Conf. Ham. 38: 11, 19.

Perfide egistis, et expetivistis me perfide acturum; duntaxat vero efficere studuistis, ut levis instar rei tolleretur mons Jalamlami (345)!

---

(345) Hoc est: *nihil aliud quam rem plane ἀδύνατον affectastis.* Quae autem ad haec verba illustranda in scholio adscripta leguntur, sic vertenda sunt: *Jalamlam* (*dicitur vero etiam Alamlam*) *nomen est montis, qui magnitudine eminet inter primos Tihamae, bidui itinere Meccâ dissitus, in quem convenire solent Jemanenses* (*Meccam ad solennia profecturi*): *incolit eum tribus Kinanensium, et torrentes ejus se effundunt in sinum Arabicum. Mentionem ejus facit Soleiman ben Almakad in hoc versu:*

Recesseramus a locis ubi considetur in Nakhlâ, et jam ab Hatsno progressi trajiciebamus albas arenas Alamlami.

[Verba scholii magnam partem respondent illis, quae in v. الملم leguntur in كتاب المعجّم الكبير, sive Lexico Geogr. conscripto a Veziro Imamo Abou Obeido Abd-alla ben Abd-ol-Aziz Hispano Becrita, mortuo A. 487, ut hujus librum facile ante oculos habere potuerit Scholiasta, nisi forte ab eo inspectum putes auctorem vetustiorem Abou Obeid-allam Amrou ben Bascher as-Sekounium, cujus librum فى جبال تهامة ومَحالّها se secutum esse profitetur auctor operis المعجم الكبير. De nominis forma idem hanc observationem adjecit, dignam, quam hic describamus: قال ابو الفتح هو فعلعل بفتح اوله كصمحمح ولا يكون من لفظ لملمت لان ذوات الاربع لا تلحقها الزيادة فى اولها الا فى الاسماء الجارية على افعالها نحو مدحرج. Eundem vide in v. يلملم, ubi illud in via situm esse refert, quae ex Yemane Meccam ducit, et esse ميقات من حجّ من هناك, quae in v. الملم monere neglexerat. De formae ratione et natura ab Abou Obeido dissentiunt Djauharius et Firuzabadius, illam non ad الم vel يلم, sed ad لم referentes. In eadem sententia versatus esse videtur epitomator Yakouti in Lex. Geogr. *Merasid al-ittilâ* in v. الملم, duo vocabula الملم et يلملم appellans لغتين صحيحتين. Nam verbum surdum لمّ est صحيح, dum الم vel يلم est مُعتَلّ. Vide Sacy G. A. T. I. §. 395. Tertia forma est يرمرم, si Kamouso credimus et Djelaloddino Aboul-Baka Mohammedi ben Ahmed Koraschitae, in كتاب البحر العميق فى الحج الى بيت الله العتيق, MS. 597 (535). Nam Djauh. in voce رمّ, et Tebrizius ad Hamasam p. 641, montem quidem memorant, qui ab aliis يرمرم ab aliis يلملم appelletur, hunc vero eundem esse quem Yemanenses Meccam tendentes transeant, non affirmant; etsi mihi quidem verosimile est. Nec solum nomen incertum est, sed situs etiam. Reliqui quos citavi *montem* vocant, Djauharius *locum*, Zamakhscharius, cui, cum magnam vitae partem Meccae exegerit, imprimis fides habenda est, *vallem*. Vide illius كتاب الجبال والامكنة والمياه, MS. 334. Solum Lexicon Geogr. *Merasid al-ittilâ* ista omnia conjunxit his verbis: يلملم ويقال الملم موضع على ليلتين من مكة وهو ميقات اهل اليمن وفيه مسجد لمعاذ بن جبل وقيل هو جبل من الطايف على ليلتين او ثلاث وقيل واد هناك. Omnes in illud consentiunt, locum biduum a Mecca remotum esse, et confirmat rem accuratior viae notatio apud asch-Scherifum al-Edrisium p. 55, ubi describens quo itinere Mecca in Yemanam pergatur, dicit: تخرج من مكة الى ملكان وهو ما ينزل به المسافرون ومنه الى يلملم مرحلة وهو جبل معترض من المشرق الى المغرب وبه ميقات اهل تهامة. Vides, alterum illud referre ad ath-Thayefi ditionem, alterum dicere, montem Yalamlamum ab oriente in occidentem tendere. Cum vero ath-Thayefum Mecca triduum absit ab oriente, et ex asch-Scherifo al-Edrisio p. 53,

item ex Burckhardti itinere Arabico p. 86 — 101. vers. Germ., certum sit, nullum montem Yalamlamum Meccam inter et ath-Thayefum interjacere, apparet illum quaerendum esse ab oriente australi Meccae. Hinc intelligitur, cur via Yemanensis, quae tempore asch-Scherifi al-Edrisii Yalamlamum transibat, ath-Thayefum non attingeret, et cur Burkhardtus, qui hodiernam viam catervae peregrinantium Yemanensium per ath-Thayefum ducentem describit, l. l. p. 671 sqq., Yalamlamum non memoret. Simul agnoscimus Niebuhrium, cum scriberet apud Yelamlamum Yemanenses peregrinantes vestem sacram, sive Ihramum, assumere, librorum veterum auctoritatem, non hodiernum usum secutum esse videri; vide *Beschr. von Arabien* p. 364. Quae caeteroquin ibidem refert de locis, in quibus ab hominibus undique Meccam tendentibus Ihramum indui solet, magnam partem confirmantur his versiculis:

(الطويل) مواقيتُ أُفْقِيٍّ بيمانٍ ونجدةٍ عراقٍ وشامٍ والمدينةِ فاعلمِ
يلملمُ قَرن ذات عرْقٍ وجُحْفَةٌ حُلَيفَةٌ ميقات النبى المكرَّمِ

Ad quem locum obiter observo, أُفْقِىّ deësse in Lexicis أَفَقِىّ et أُفُقِىّ offerentibus, et *eum qui in hac vel illa regione habitat*, significare. Auctor distichi est ille Aboul-Baka Mohammed, cujus librum de Meccae rebus, MS. 397, ante citavi. Hic amplissime disputat de ميقات الحجّ, quod distinguit in *temporale* (الزمانى), perhibens mensem Schawalum, Dzul-Kâdam et 10 dies priores Dzul Hadjae huic caerimoniae destinatos esse, et *locale* (المكانى), ostendens inter alia, quanta sit varietas in intervallis τῶν مواقيت ab Urbe, cum Dzoul-Holeifah decem dies, Yalamlamum tantum biduum a Mecca distet. Observat autem, illud esse ميقات اهل اليمن غير اهل نجد وباقى تهامة. Quae si significant, ibi esse stationem cum reliquae partis Tehamae, ad quam ipsum pertinet Yalamlamum, tum Yemanae excepta ea parte Nedjdi, quae نجد اليمن appellatur, hoc igitur si ista notare possunt, caussam tenebis, cur asch-Scherifus al-Edrisius ibi ميقات تهامة collocet. Haec de Yalamlamo. Nunc videndum de reliquis locis, quae poëta Soleiman ben Makâd in versiculo apud Scholiastam laudato nominat. Vir mihi plane ignotus est. Abou Obeidus MS. 421 v. الملم, eum vocat سلمى, quod aut سُلَمِىّ efferendum, aut corruptum est; nam سَلْمَى est feminae nomen. Idem Abou Obeidus nos docuit, nomen pp. حُتُن (sic enim pronuntiandum est) praeter caussam mutatum fuisse in خَتْن. Literam Tse pro Te Lexicon Geograph. obtulerat, pronuntians tamen حُثُن illudque collocans فى بلاد هذيل, vel secundum alios apud المتلم (l. الملم), bidui ab urbe Meccana intervallo. Etiam Abou Obeidus illud Hodseilitarum terris assignat, et res est rationi consentanea. Nam circa ath-Thayefum ponit asch-Scherifus al-Edrisius p. 53 جملة من قبايل هذيل, et hodieque ibidem habitant Hodseilitae agriculturam exercentes, atque adeo mutandis sedibus minus quam Nomades obnoxii. Hos inter ath-Thayefum et Meccam reperit Burckhardtus l. l. p. 93 sq. p. 97 sqq. Hi ergo, ut puto, a septentrione contermini erant Kinanitis Yalamlamum tenentibus. Confirmat conjecturam observatio Lexici Geographici, ad v. ملكان, quod ut supra vidimus nomen loci est una diaeta a Yalamlamo distantis. Nempe notat, illud esse واد لهذيل على ليلة من مكة واسفله لكنانة. Difficilior quaestio superest de مجالس نَخْلَة (sic enim scribendum esse non نَخَلَة Abou Obeidus docet). Djauharius memorat بطن نخلة بين مكّة والطايف, quod primo adspectu huc convenire videtur; sed distinguit illud Yakoutus in al-Moschtareko a reliquis نخلة, e quibus aliqua hic necessario memoratur. Sunt hae maxime tres: prima est نخلة الشامية, quae teste Lexico Geographico eadem est atque Dzat-Irk, sive locus ubi Iracenses Ihramum assumunt. Haec vallis in Bathn Marr, sive planitie Meccana, concurrit cum نخلة اليمانية. Dubium est, utrum haec in vs. Soleimani significetur, an tertia نخلة محمود, quam dicit Lex. Geogr. esse قريب

Et voluistis angorem concitare pectori, quod angore nunquam pressum est: et vero enim hastae in (ipsis etiam) jugulorum foveis franguntur (346). p. 54.

مكة. — وهى المرحلة الاولى للصادر عن مكة Utinam addidisset, utrum illud situm sit in via Yemanae, an in alia. Idem vero affirmat, نخلة اليمانية abesse biduum a Mecca, et ibi castra posuisse Hawazenitas praelio Honainensi. Repetitur illud in Moschtareko, et consentit de intervallo Zamakhscharius. Abou Obeidus vero et Kamousi auctor hic unius diei ab Urbe distantiam ponunt. Nescimus utrum sit verius, cum ex libris ne de vero quidem Honaini situ constet, quod v. g. alii dicunt distare a Mecca ثلاث ليال, ut Lex. Geogr., alii ثلاثة اميال, ut Abulf. A. M. T. I. p. 158, etsi alterum ex altero facile corrumpi potuit. Locus Lexici Geographici mendo non vacat, at hoc tamen dubium non est, illud collocare apud نخلة اليمانية stationem peregrinatorum Yemanae, Nedjdi, Omanae, Bahreini etc. Nec minus certum est, Soleimanum istum poëtam describere reditum suum a Mecca in Yemanam et stationes enumerare itineris. Ergo Nakhlah quae hic memoratur et Yalamlamum pari intervallo Mecca abesse non possunt. *Hoc* biduum, ut vidimus, abest. Ergo aut adstipulandum est illis, qui *illud* unum diem a Mecca distare affirmant, aut dicendum, hic نخلة محمود significari, quod ab Abou Obeido et Firuzabadio cum remotiore نخلة اليمانية confusum sit. H.]

(346) Haec, quae proverbii speciem prae se ferunt, antecedentibus ita subjuncta videntur, ut causam contineant, cur poëtae animus *nunquam angore pressus esset*. Nimirum considerabat ille, *hastas nonnunquam in ipsis jugulorum foveis* (ubi lethale vulnus jamjam inflicturae essent; conf. Schol. ad Harir. ed. Sac. p. 454 vs. 2 a f.) *frangi et fractas resilire*, h. e. *periculum nullum tantum esse, quin tutus ex eo evadere possis, et in nullo igitur discrimine forti viro metui cedendum esse*. Quod ad vocem سُمْر attinet, est pluralis ducta ab أَسْمَر, سَمْرَاء, *fuscus, a*; uti autem Hamas. p. 472 vs. 5 a f. nomini أَسَل, *hastae*, adjectivi loco subjungitur, ita hîc et saepius, eodem nomine subintellecto, *hastas* significat: rationem hujus usus sic explicat Tebrizius ad l. l.: لأنّ القناة اذا انتهت وصلبت سمرت, *quoniam canna (ex quâ hastae parantur), si ad terminum altitudinis suae pervenit et robusta evasit, colore fusco est*. Caeterum, in scholio de voce ثُغْر (sic enim edidi, Golium secutus, qui Meidanium auctorem citat; et reliqua quidem lexica eandem formam offerebant, nunc vero in Freyt. lex. scriptum reperio ثُغَر, nec dubito quin accommodate ad linguae rationem, ita pronuntiandum sit) animadvertenda est ultima dictio هاء واقفة, quae certissime non integra est: nam ex ipsâ verborum serie liquet, significari *literam He finalem*, vel *foeminini generis notam*; at quomodo hoc isto modo exprimi posset, nemo perspiciat: quare restituendum videtur هاء واقفة, quo sumto satis commoda se explicatio offert. Ex Sacyi enim Gr. Ar. I. 175 N. 470 apparet, literam quiescentem He, quae imperativis et aöristis conditionalibus verborum quae ultimam literam و vel ى habent, *in pausâ* nonnunquam additur (ut اقتده et لم يغزه), dici solere هاء الوقف; porro ibidem I. 35 N. 71 legimus, vocales aut simplices aut geminatas in fine vocum non pronuntiari, quotiescunque post illas *pausa* locum habet; quod ipsum ab Arabibus وَقْف appellari. Jam primum non hoc tantum notum est, He illam quae foeminini generis indicio est, *inter loquendum* fere audiri non solere, si vox absolute ponitur, et tum demum ut ت pronuntiari, cum alia vox in genitivo casu sequitur, verum constat etiam (vid. Lumsdeni *Grammar of the Arabic Language*, T. I. p. 651), quotiescunque *pausa* adest, in omnibus casibus *scribi* posse ex. gr. طَلْحَة et قَائِمَة. Porro animadvertendum

conf. Ewald Gr. I. 373.

Et irruistis cum inani calumniâ vestrâ in virum usu expertum, qui nunquam desiit invictus stare ob robur suum, et mox in fugam vertere (adversarium) (347).

Quomodo sperare potuistis (348) perfidum fore aliquem, quem experti estis fidei servantem, et injustum fore talem, qui injustus esse non solet?

Ego vir ille sum: apud me fructus non fert iniquitatis planta, nec diruitur benefactorum aedificium (349).

---

est, vocem ثُغْرَة, ut in scholio posita est, non continuâ serie cum sequentibus junctam esse, sed absolutum per se locum tenere ita ut *pausa* sequatur, fere ut nos solemus post ipsam quam explicaturi sumus, vocem in lexicis punctum ponere, et tum explicationem addere. Cum igitur auctor scholii inter scribendum ثُغْرَهْ pronuntiaverit, manifesta causa est, cur ultimam illam He هاء واقفة, *He pausantem*, dixerit.

(347) Ex ipsâ verborum translatione apparet, me in fine versûs non فَيُهْزَمُ, ut in textu est editum, sed فَيُهْزِمُ pronuntiasse. Verbum زَحَفَ autem, quod pro verâ lectione adscivi, ut universe habet *accedendi* notionem, ita inprimis frequens est de expeditione in hostes susceptâ vel de impetu in eosdem facto (conf. Abulphar. *Hist. Dyn.* p. 173 vs. 2 a f., 176 vs. 1 et 1 a f., et 346 vs. 10 et 11), et hujus igitur loci rationi maxime congruere videtur; quod autem hîc cum ل constructum est, cum lexica tantum de praep. الى mentionem injiciant, conferendum est ex. gr. verbum قصد, quod et cum الى et cum ل constructum, significat *tetendit ad illum.* Porro manifestum est, poëtam ludere diversâ significatione vocis محال, quam equidem in altero loco مُحَال (a verbo حال ductum), in altero مَحَال (a v. محل), pronuntiandam putavi (conf. Harir. p. 123 vs. 1 a f.), ut in priore illud, quod Scholiasta voluit, in posteriore *robur* significet. Scholii enim auctor ex parte aliter censuit, et in utroque loco مُحَال pronuntians, in priore quidem illud dici putavit, *quod veram exsistentiam non habet*, vel *a veritate alienum est*, in posteriore autem illud, *quod arduum est et*, *ut fieri solet*, *multis* ἀδύνατον (lege vero المُمْتَنِع, non المُمْتَنَع). Universum ergo locum in hunc sensum accepisse videtur: *Et irruistis cum absurdâ calumniâ vestrâ in virum usu expertum*, *qui non desiit se fortiter opponere rebus arduis*, *et mox* (*eas*) *in fugam vertere* (فَيُهْزِمُ), vel *et mox eae terga vertebant* (فَيُهْزَمُ). Quod si per se non offenderit, offendat tamen necesse est *haec* vis voci مُحَال tributa, quam certe nusquam, nisi in hoc scholio, relatum inveni, significare rem, *quae molesta est ad aggrediendum.*

(348) Per metrum facile apparet, legendum esse رَجَوْتُمْ, non, ut male editum est, رَجُوتُم.

(349) Forma مَبْنًى, quae propriâ vi suâ *locum aedificandi* significat, in solo Meninskii lexico occurrit; non tantum vero *fundamentum*, sed ipsum quoque *aedificium* exprimere videtur, plane ut forma pluralis مَبَانِي, quae hoc sensu satis frequens est: nec enim ea, ut in Willm. lex. dicitur, ad sing. formam مَبْنَاة, sed sine dubio ad مَبْنًى referenda est. — In scholio, ad h. l. adscripto, a fine aliquid deësse, facile sentis; nescio vero, an sententia ita ferme supplenda sit, ut jam in textu proposui: — *quoniam status frugifer plan-*

Jam continete vos: sin minus, exspectate violentum impetum meum talem, quali
excipi solet stultus et (suo damno) prudens reddi (350).

Cum autem ad notitiam Ibn Zeidouni pervenisset responsum quod iis reddiderat, et certo cognovisset pulchram illius agendi rationem, et sciret opinionem quam isti in animum sibi induxerant (351) voti impotem evasisse, et obtrectationem eorum non successisse (352), et sagittas eorum fractas fuisse, insidiasque eorum dispersas et dissipatas, hoc extulit carmen, laudans Motamedum, et istos oblique perstringens: p. 55.

Tempus (353), si (de verâ rerum naturâ) quaero, diserte loquitur quamvis loquendi facultate non praeditum, suggerens considerationi meae quae ignorabam, tum vero scio.

(Sic enim comperi,) si quis ea quae accidunt suâ metitur mensurâ, laetissimis eorum aequalia apud eum esse tristissima (354):

Ac contemplando animadverti, nec negligentiam omni curâ vacantem constituere (355) modum exitûs (rerum), nec animum cautum (a calamitate) immunem servare.

---

tae perfidiae (exspectasses الْبَغْيِ, *iniquitatis*, ut in carmine legitur) *et destructio* aedificii benefactorum locum non habent nisi apud perfidum et injustum.

(350) Ut 1a forma حلم non tantum significat *mansuetus ac mitis fuit*, sed etiam *intelligens*, *prudens fuit*, ita loci sententia docet, 2ae formae (nam metrum indicat legendum esse فيُحَلِّمُ, non فيَحْلُمُ) hic vim tribuendam esse *prudentem reddendi*. — Vides autem, in scholio formam unitatis بَطْشَةٌ pari formâ أَخْذَةٌ explicari.

(351) In scholion, ad vocem مَخِيلَةٌ (formae مَفْعُولَةٌ pro مَخْيُولَةٌ) adscriptum, evidens est, verba quae delenda indicavi: معجمة بعد الهمزة, simpliciter ex scholio sequente per scribae errorem invecta esse.

(352) Verbum نفق proprie de mercibus dicitur, quae *facile distrahuntur et emtores inveniunt*, atque hinc ad res, quae *bene cedunt*, transfertur. In sequentibus animadvertenda est significatio 5ae formae verborum هزع et وزع, *fractus fuit*, et *dispersus fuit*, quae in lexicis non enotata est.

(353) Ex universâ loci sententiâ apparet, voce دهر significari *tempus anteactum*, vel *experientiam anteacti temporis*. Conf. quod supra dixi p. 84 in ann. 68.

(354) Ad verbum vertendum foret: *melli eorum aequalem apud eum esse colocynthidem;* sensus autem, ut bene in scholio explicatur, hic est: *si quis rationem et exitus fortunae casuum rite accurateque expendit, consequi ut secundos et adversos plane inter se aequales existimet.* Quae in scholio illo offenditur, vox حَيْثِيَّةٌ in uno Meninskii lex. explicatur: per originem suam, utpote ductae ab حَيْثُ, *ubi*, proprie significare videtur *locum ubi quis ad res considerandas se sistit*, vel, ut nos diceremus, *standpunt*, inde vero etiam, ut in Meninsk. legitur, ipsam *considerationem* exprimere.

(355) Formae 8ae اقتضى eadem vis hoc loco ac 1ae tributa est, *constituendi* vel *definiendi* rationem rei. Conf. ex parte supra p. 22 vs. 6. Conf. Gramm. Arab. 72:12,13.

Quot sunt, qui in otio domi sedent, dignitate bonorumque copiâ gaudentes, quorum ampla sors miratur illos (356), qui diligentiae nervos intendunt, assidue in laborando versati, et tamen (a felicitate) prohibentur!
Et (quot homines) ostendunt laudabilia studia sua, ut haec gladiorum instar inter se properant ad extremum acrimoniae terminum, et nihilominus ipsi in aerumnas conjiciuntur et infortunio premuntur (357)!
Et vero quot sunt, quorum generis origo excelsa appellatur prae nobilitate, quibus tamen ut hostes se opponunt homines viles et abjectissimi (358)!

---

(356) Hoc est: *quibus per amplam suam sortem mira videtur sors illorum* caet. Ex alterâ autem lectione, quam scholii auctor spectavit, necessario pronuntiandum esset تَعَجَّلَ حَظَّهُ, et locus sic vertendus: *Quot sunt — qui amplâ suâ sorte occupandâ praevertunt illos* caet., ut praepositio مِن istam vim haberet, quae post *comparativum* (cujus notio verbo تَعَجَّلَ subest) ei tribuitur; non puto tamen aliâ de causâ illam pro hac substitutam esse, quam quod librarium offenderet sensus admirationis τῷ حَظّ velut personae tributus. Et Scholiasta etiam illam praetulisse videtur, nempe si postrema verba ejus والمعنى معه significare possint: *et sententia loci ab hujus parte stat*, vel *huic favet*, nec simpliciter pro معه vox aliqua restituenda sit (e. g. جَدِّهِ), quâ antecedentem حظّه explicuerit. — In posteriore hemistichio dictio وَصَلَ الدُّؤُوبَ pp. significare videtur *continuâ consuetudine cum labore conjunctus fuit*, itaque fere idem, quod in 3â formâ dici solet واصل شيئا, *continenter aliquâ re occupatus fuit.*

(357) Sexta forma تَبَادَرَ in lexicis tantum cum praep. الى construi traditur; eidem vero etiam accusativum addi posse, non dubium videtur collatâ 3â formâ, quae et cum accusat. et cum الى loci, ad quem quis *properat*, construitur. Caeterum, *gladiorum* imago simpliciter, puto, ad vocem مَضَاء referenda est, cujus ambigua potestas Latinorum *acrimoniâ* sat commode redditur: de *gladiis* enim usurpata, *acutam* eorum *et penetrantem vim* significat, de *studiis* autem, *excitatum* eorum *ardorem et pertinaciam.* — In fine versûs formae 2ae verbi صَمَّمَ, postulante loci sententiâ, vim tribui *infortunio premendi*, quae ducta videtur a significatione nominum derivatorum صَمَم, صِمَام, صِمَّة, صَمَّاء, in quibus *surditatis* notio facili flexu ad notionem *fortunae adversae* transiit.

(358) Nisi 6ae formae تَسَامَى eadem potestas tribui possit, ac 5ae, τοῦ *appellatum esse* (quod equidem non contendam), nullus dubito, quin lectio in utroque Cod. oblata, et in scholio repetita, falsa sit et pro eâ substituendum تُسَمَّى: ordinaria enim 6ae formae significatio ab hoc loco prorsus aliena est. Si vero vox نِصَاب eam quoque vim cum formâ مَنْصِب communem haberet, ut *dignitatis ordinem* (مَرْتَبَة) exprimeret, non minus bene sic verti posset: — *quorum dignitas excelsa appellatur prae magnificentiâ* —. De significatione 5ae formae تناصب cum scholio adscripto conf. Tebrizii annot. ad Hamas. p. 671 vs. 8. Lexicis vero etiam ex hoc versu addenda est forma *intensiva*, أَلْأَمُ.

Quique (omnium) durissimo infortuniorum casu vexatur, est ille qui recte agit, studium adhibens (rebus), cum affingit ei crimen (359) homo qui crimen commisit.

Offendere soles invidum surdum ad sonum lenem incantationum, cum quidem serpens teterrimus auscultet incantatoribus (360). p. 56.

Dic injustis oppressoribus, qui nervis attractis resonare faciunt arcus suos: sane videbitis, quos istae sagittae occidant (361):

Vos celavistis at vidit tamen communicationem arcanorum vestrorum vir acer et promtus, qui indicio facto ea comperta habuit, divino instinctu edoctus (362).

---

(359) Animadvertenda est haec significatio et constructio 4ae formae أعلق; tenendum vero, propriam vim dictionis أعلقه جريمة hanc esse: *pendere ex eo fecit crimen*, sicut in 1â formâ dicitur cum accusat. pers. علقها et in pass. 2ae formae عُلّقها, *suspensus ex eâ fuit*, *adhaesit ei ardenter amans.*

(360) Quod 4a forma أصاخ hîc cum praep. الى construitur, cum lexica tantum cum ل eam construi tradant, forte sic explicandum est, ut sensus non simpliciter sit *auscultet incantatoribus*, sed *auscultans accedat ad incantatores.* — In scholio, ad vocem الرُّقَى adscripto, cujus corrupta verba nescio an bene restituerim (pro parte Camousi auxilio adjutus, in quo legitur: والرُّقْيَة بالضم العُوذة ج رُقًى ورقاه رُقِيًّا ورقيًا ورُقْيَةً هو رَقَّاءٌ نفث فى عوذته), auctor hoc significare videtur: *Vox* رُقًى *est pluralis formae* رُقْيَة; (*dicunt autem:*) رَقَيْتُهُ (arte magicâ munio eum) *quominus laedatur oculo illius* (nempe, *malevoli cujusquam*; conf. *Vita Timuri* II. p. 526 vs. 1; forte vero simplex من عين servari posset, et hoc per se verti: *quominus laedatur oculo maligno*) *aut punctione scorpionis*, *hoc est*, inflo amuletum ejus (conf. locus Coran. Sur. 113: 4, ubi mulieres, quae fascinando aliquem *laedere* student, etiam *inflare* plexos a se nodos leguntur); *ista autem* amuleti *notio utrâque formâ*, *et* عُوذة, *et* مُعاذة, *exprimi potest*, *suntque hae voces συνώνυμοι* (forte praestat, pro مُرادفان substituere مُتَرادفان; conf. Sacyi *Anth. Gr. Ar.* p. 50 ann. 63 in f.) *voci* رُقْيَة; *qui vero in re ista agendâ versatur*, رَقَّاءٌ *dicitur.* E loco Camousi et *Vitae Timuri*, quem citavi, apparet, verbum رقى isto sensu non رَقَى (ut ex lexicis nostris efficeres), sed رَقَى pronuntiari; quare in ann. *b* hanc formam pro illâ a lectore reponi velim. — In scholio, quo الأَرْقَم explicatur, ultima verba sic vertenda videntur: *atque hoc nomine significatur teterrimum genus serpentium*, *quodque omnium maxime* persequitur *homines*; quod tamen si non placeat, facile pro واطلبها substitui poterit واظلمها.

*conf. ysang. Anth. 142: 19 ann.

(361) Sensus est: *Sciant iniqui isti*, *qui ut mihi insidiati sunt*, *ita in more habent alienum exitium moliri*, *semet ipsos esse*, *quos tandem doli illi oppressuri sunt.* Notanda vero est forma plur. أسهم, quae in lexicis non offenditur, itidemque significatio transitiva *faciendi ut* arcus *resonet*, quae in scholio, ad المنبضين adscripto, formae 4ae أصات tribuitur.

(362) Accusativus تَنَجِّى (quod hoc loco nomen actionis est verbi تَنَجَّى, formae تَفَعُّل) non tantum ad

Et paravistis ob improbitatem vestram unguem calumniae, qui tamen extemplo repulsus est, ita quidem ut subsectus (rediret) (363).
Et projecistis post terga vestra (364) Dei timorem: quare adversarius vobis exstitit vir ille Dei timens et vere credens.
Non valet efficere, ut mansuetudo Mohammedis (Motamedi) a pacto suo deficiat, homo invidus animi qui aliorum vitia praedicat (365),

---

proximum verbum رأى, verum etiam ad antecedens أسررتم referendus videtur, cum 4a forma أسرّ non per se significet *celavit secretum.* Qui in scholio, ad vocem شيحان adscripto, laudatur versus poëtae Taäbbatha Scharran, ad carmen pertinet, quod Hamas. p. 41—43 est traditum, et ipse exstat p. 42 vs. 3 a f.; ibi vero in textu quidem pro خاط legitur حاص, at Tebrizius in initio annotationis illam etiam lectionem commemorat. Sententia versûs haec est:

Quando oculos ejus consuit somnus levis (vel *propensio in somnum;* conf. Tebr.), *non desinit tamen unquam ei custos adesse a corde viri promti et intrepidi* (h. e. *non d. t. u. pro custode habere cor suum promtum et intrepidum*).

(363) Vim praepositionis ل in voce للفسق etiam sic definire posses, ut sensus sit: *Et paravistis improbitati* (h. e. *quo improba vestra consilia melius exsequeremini*) *unguem calumniae* caet. Dictio ما عدا أن فعل كذا e lexicis nota est, et in his quidem vertitur: *parum abfuit quin fecisset illud*, at in loco Harir. ed. Sac. p. 289 vs. 3, verba فما عدوت أن اقتعدت مطيتي manifesto significant: *et sine morâ conscendi equum meum* (monente etiam scholii auctore, qui ما عدوت explicuit τῷ ما لبثت). Nec dubium ergo videtur, quin hîc quoque ita ut feci vertendum sit, quanquam grammatica vis dictionis, quae h. l. offenditur, aliquantum diversa est. Nam si dicis ما عدا أن فعل كذا, pp. *ille non transiit* vel *praeteriit hoc ut ita ageret*, verba أن فعل accusativi vice funguntur; hîc vero in لم يعدكم أن رد, quod proprie sic Latine sonaret: *qui non transiit* vel *praeteriit vos ut repelleretur*, verba أن رد necessario nominativi loco habenda sunt. Caeterum, sententia versûs haec est: *Vos scelesto animo obsecuti turpi calumniâ usi fuistis; at Rex eam statim infregit et omni vi privavit.*

(364) Nota dictio haec est, quae significat: *obliti estis et plane missum fecistis.*

(365) Structura hujus loci (nisi per linguae usum liceat, ut simpliciter vertatur: *non ea est mansuetudo Mohammedis*, ut *a pacto suo eam abducat homo* caet.) paulo impeditior est et ita accipienda, quasi poëta scripsisset: ما كان دغل الفؤاد مذمّم ليحيل حلم محمّد: constat enim e loco Coran. Sur. 7: 41: وما كنّا لنهتدي لو لا الآية, *nec nos ii fuissemus qui rectâ viâ duceremur*, *nisi* caet., dictionem ما كان ليفعل كذا significare *non valet illud facere;* vis autem, quam 4ae formae أحال tribui, facile probatur collatâ illâ, quae formae 1ae adscribitur in Cast. lexico N. 9, in Freyt. N. 4. Porro animadvertenda etiam est forma داغلة, quâ *odium occultum* significari (nempe per ellipsin pro نفس داغلة, *animus invidus*), scholion adscriptum docet.

(Motamedi, inquam,) Regis, qui hominum imaginationi se extulit ut candor nitidus lunae, quo ornatum est tempus nigrum (366). p. 57.
Luscitiosos reddit oculos de splendido habitu faciei ejus forma plena et rotunda, quae prodere solet pectorum nobilitatem (367),

---

(366) Non omnino necesse est, ut in initio hujus versûs ملكٍ pronuntietur, itaque haec vox antecedenti nomini محمّدٍ *apposita* censeatur; simpliciter etiam in nominativo casu ملكٌ efferri potest, ut sensus sit: (*Est ille*) *Rex*, *qui* caet. Figuratâ autem dictione hoc in universum significatur: *Rex*, *cujus imperium hominum mentes in laetissimam spem adduxit*, *et per quem exspectant fore ut temporum calamitas in melius vertatur.* Quod ad verba attinet, 5a forma تَطَلَّعَ, ut vim *passivam* vel *mediam* 2ae formae habens, optime verti potest: *in altum* vel *in conspectum evectus est*, et hinc *extulit* vel *obtulit se* imaginationi, ut praep. لِ in voce لِلخَوَاطِرِ non aliam quam quae plane ei propria est, vim exprimat. Hanc satis facilem, ut puto, explicationem negligens, scholii auctor haec disputat: تَطَلَّعَ لِلخَوَاطِرِ *est pro* عَلَى الخَوَاطِرِ: *forma enim 5a hic inditam sibi habet significationem 8ae* اِطَّلَعَ (utpote quae cum عَلَى construitur); *quod si non censes (res bene explicari non poterit), nam 5a forma (nullâ intercedente praepositione) ad objectum suum ipsa transit* (conf. Sacyi Gr. Ar. II. p. 407 in annot.): *sic dicunt* تَطَلَّعْتُ الأَمْرَ, *h. e.* cognovi rem. Ex his igitur apparet, eum vertere voluisse: *Rex*, *qui perspectas habet hominum mentes;* ipse autem sensit (vel alius quisquam, qui sequentia addiderit; conf. ad pag. seq. vs. 1), id ferri non posse per loci rationem, cum dicat: *Maxime vero convenit*, *ut 5ae formae hic ea tribuatur 8ae vis*, *quâ haec significat:* orta est *stella*, *plane ut 1a; nimirum hujus rei indicium inest in vocabulo sequente* غُرَّةٌ, *quod de* lunâ *dictum*, novum *ejus* splendorem per tres priores mensis dies *significat; atque hoc ipsum est*, *quod hoc loco metaphorice spectatur.* Nostra lexica non tradunt, طَلْعَةُ القَمَرِ idem exprimere quod غُرَّةُ القَمَرِ, at cum in Camouso tamen etiam, in v. غُرَّةٌ, legatur: وَمِنَ الشَّهْرِ لَيْلَةُ اسْتِهْلَالِ القَمَرِ وَمِنَ الهِلَالِ طَلْعَتُهُ, tum vides, in lexicis masculinam formam طَلْعٌ explicari *novam et primo lumine prodeuntem lunam.* Caeterum, scholii auctorem recte *hanc* metaphoricam vim voci غُرَّة hic tribuisse, nemo dubitabit, de potestate vocis oppositae أَدْهَمُ cogitans: utpote quâ, cum in universum rem *nigram* significet, peculiariter quoque *nox ultima lunae* exprimitur.

conf. Gram. Arab. 158:9.

conf. Fakihat Alkholafa p. ٥٣ v. 12.

(367) Patet, verborum structuram esse: يُعْشِي خَلْقُ مُطَهَّمٍ كَائِنٍ مِنْ جَبِيرِ رُوَائِهِ النَّوَاظِرَ, — *forma plena et rotunda quae una est ex attributis*, *quibus constat splendidus habitus faciei ejus* —; quod vero ad vocem جَبِير attinet, male, credo, scholii auctor ei peculiarem illam notionem affinxit, quae ducatur ab eâ vi verbi جَهَرَ, quâ significat: sol *praestrinxit* oculos: nam جَبِير simpliciter hic quoque exprimit: *pulchram et decore insignem* faciem. Nec minus ad loci rationem accommodatum est, ut voci مُطَهَّم propria vis sua tribuatur *plenae ac rotundae* formae faciei, cum Scholiasta in universum dici voluerit formam *excellenti pulchritudine*.

Et lux frontis, cujus radii se diffundunt, quae facit ut qui (Motamedum) acrius intueatur, carere possit lunâ utrâque (368).

(Accedit) animi indoles (369), cui vellet sol conflari in coronam, cujus utrumque latus ornarent (gemmarum instar inserta) sidera.

Rigant benefacta ejus hortos: mediâ tibi nocte pluvia fertilis in eos (cadit), et matutino tempore nitent subridentes (370).

---

(368) Hac appellatione vel *sol et luna* significari dicuntur, vel *luna plenior et contractior* (القَمَر والهلال); Meidanius tamen ad prov. 647, ابهى من القمرين, prius tantum commemoravit, annotans: يعنى الشمس والقمر. Porro, cum 5a forma توسّم in lexicis explicetur: *e signis faciei perspexit* in illo boni quid (توسّم فيه خيرًا), ex loco tamen Harir., ed. Schult. I. p. 110 vs. 4, ed. Sac. p. 26 vs. 8 (conf. scholion), manifesto apparet, eandem cum accusat. pers. constructam, idem valere quod تعرّفه, *inquisivit* vel *acrius intuitus est ut cognosceret illum.*

(369) Formae خُلْق in hoc versu, et خَلْق in versu abhinc secundo, ita per diversam significationem suam hic inter se conjunguntur, ut in loco *Vitae Timuri*, II. 358 vs. 4, illud fieri, Willm. in lex. notavit.

(370) Si in initio versûs ex Cod. L. legeretur فتضحك, vertendum esset: *collustrant benefacta ejus (aurorae instar) hortos;* at per sequentia multo praeferenda videtur lectio Cod. G. De formâ figuratae dictionis, quae hoc loco offenditur, jam in universum supra dixi p. 125 in ann. 183; sensus autem ejus huc revocandus est: *Benemerita Regis insigni utilitate paria sunt aquae coelesti, et eodem laetitiae sensu de improviso saepe cives afficiunt, quo afficitur is, qui mane surgens hortum suum leni rigatum pluviâ videt et mirum inde in modum resplendentem.* Si autem verba bene verti, vel potius, si لكَ الحيا integra lectio est, necessario sumendum est illud لكَ ita fere πλεονάζειν, ut nonnunquam *tibi* apud Latinos (et in plerisque recentioribus Europaeorum linguis), nec aliam vim sententiae addere, quam ut notio quaedam *rei repentinae et inexspectatae* ei subsit. Cujus tamen usûs cum ex Arabum literis mihi certe exempla non nota sint, haud scio, an locus jam pridem mendo corruptus fuerit, quod librarii suo quisque modo corrigere studuerint: nam in L. contra metri leges simpliciter والحيا offerri vides, in exemplo autem quod Scholiasta (conf. ann. *g*) ante oculos habuerit, بَلَى الحيا exstitisse videtur: si enim in scholio isto ita reverâ, ut edidi, legitur (nam vox ببلى quantum maxime potest obscure scripta est, et posset ex. gr. pro eâ substitui بَلى الحيا — مَنْصوبٌ, *vox in accusat. posita, pertinens* vel *referenda ad nomen antecedens* الحيا), auctorem voluisse apparet: *Vox* وهْنًا *in accusat. posita est, ut adverbium quo tempus rei gestae exprimitur* (*comme terme circonstanciel de temps;* vid. Sacyi Gr. Ar. I. 355, II. 59 et 96), *per*, vel *pendens a*, بَلَى الحَيَا. Jam si illud بَلَى in universum significaret: *sane vero*, sensus loci, hac voce assumtâ, sic sonaret: *sane vero pluvia in eos mediâ nocte* (*cadit*) caet.; at vide, quod de peculiari vi ejus in Sacyi *Anth. Gr. Ar.* p. 80 et 110 Arab., et a Freytag. in lex. traditum est: quare equidem neque hoc probarem.

Potentia ejus in longinquo est posita, et modesta lenitas ejus adest in propinquo (371), et hilaritas vultûs ejus micat luce solis, et ros ejus nebulosi temporis instar est.

(Vir est) durus et robustus die proelii, soluto vultu ad illud (intuens), dum is qui (ab ipso) profligatus perit, tetricam faciem prodit (372).

Virtus bellica (in illo talis conspicitur), ut saevit leo in comparem suum, et liberalitas (talis), ut aestuat aquarum copiâ mare vastissimum (373).

---

(371) Vult, non facile Motamedum auctoritate suâ ad cogendos subditos uti, sed solere leni persuasione eos ad obediendum allicere. De vi 8ae formae اِدَّنَى supra mentionem injeci, p. 119 in ann. 161. — In altero hemistichio patet imagine *roris*, ejusque *densissimi*, *summam munificentiam* exprimi.

(372) Non opus est ut moneam, male in textu editum esse مُتَطَلِّقٌ et مُتَجَهِّمٌ, pro مُتَطَلِّقٌ et مُتَجَهِّمٌ. Cum vero in utroque Cod. legatur جَدلان, et notio viri *duri et robusti*, quae per significationem ipsius verbi جدل et formarum derivatarum جَدْلٌ, جَدِلٌ, aliarum, ei facile tribui potest, huic loco maxime congruat, non necesse duxi, ut literâ د in ذ mutatâ, substituerem جذلان, quamvis haec quidem forma et in lexicis exstet (conf. Harir., ed. Sac., p. 428 vs. 3, unde apparet, eam non modo جَذْلَان, ut in Arabum et nostris lexicis legitur, sed etiam جُذْلَانُ pronuntiari), et significatio ejus ab hujus loci ratione non omnino aliena sit: quippe quâ receptâ vertendum esset: (*Vir est*) *die proelii hilaris*. Vides tamen, tum aliquantum frigere sequentia: متطلق وجها الى, in quibus ut evidens est, 5ae formae تَطَلَّقَ eandem potestatem ac 1ae طَلُقَ subjectam esse, ita vis praepositionis الى sic ut vertendo indicavi definienda videtur, nempe ut *praegnans* sit locutio, et *intuendi* notio sententiae supplenda.

(373) Haesi aliquamdiu in vertendâ voce إِزَاءَهُ: cum enim ipsa sententia obstare videatur, quominus accusativus ille pro *adverbiascente* haberi possit et verba sic verti: *ut saevit leo e regione suâ* (nam quis credat hoc idem valere, quod *ut saevit leo in feram ex adverso ipsi oppositam*), tum notum est, verbum صال non cum accusat. illius, *in* quem quis *irruit* vel *saevit*, sed cum على, solere construi; quare si lectio Codd. recte se habeat (diversitas enim, quam in L. exstare tradidi, fere nulla est), nec poëta aliud quam quod expressi voluerit, insolita ea constructio inprimis animadvertenda est et forte nudae licentiae tribuenda. Judicet tamen lector, an pro إزاءه substituendum sit إزاؤه, quo facto pronomen ه ad Motamedum referendum et sententia loci haec foret: *Virtus b.* (*i. i. t. c.*), *ut saevit leo*, *compar ejus*, h. e. *qui animo ei et fortitudine aequalis est.* Caeterum de hac vi voci إزاء tributâ, conf. Freyt. lex. — Quod ad alterum hemistichium attinet, *maris* imagine *liberalitatem* exprimi, supra etiam monui, p. 124 in ann. 181; scholii vero, ad vocem اَلْخِضَمُّ adscripti, postrema verba sine dubio corrupta sunt: ut enim evidens est, auctorem, postquam hoc vocabulum συνωνυμῷ الْعُطَمْطَم explicuit, accuratius etiam vim ejus definire voluisse, ita nemo sane hoc iis, quae jam offeruntur, verbis: وهو وصف البحر باعتبار وصفه, ab illo factum esse aut fieri potuisse contendat.

Vita mea sit pretium tuae redemtionis, o Rex, cui Reges omnes excellentiae palmam tradunt (374)!

Tu omnium princeps es, nec inter eos est, qui non agnoscat, te unicum evasisse inter ipsos, qui socium partûs non habiturus sit (375):

p. 58. Nec mirum est hoc (376): quippe enim gloria, ex judicio intellectûs, (postquam te peperit) quominus tibi frater addatur effoeto est utero (377):

---

unde, quamvis facile largiar, me forte ipsa auctoris verba non assecutum esse, a sententiâ tamen horum non multum aberrare mihi videor, legendum proponens: وهو وصف البحر باتّساع موضعه: *estque hoc ἐπίθετον maris, quo amplitudo loci ejus exprimitur.*

(374) Ex hoc loco aut efficiendum est, 2am formam سلّم etiam cum ل pers., *cui* rem *tradis*, construi (cum soleat eam sequi praep. الى), aut cum eadem in loco *Vitae Timuri*, a Willm. citato, I. 50 vs. 10, cum gem. accusat. construatur, usus praep. ل hîc ex eâ lege explicandus est, quam retulit Sacyus in Gr. Ar. II. p. 97 N. 173, coll. p. 145 N. 245. — In utriusque autem Cod. consensu lectionem تسلّم non mutavi, quamvis facile fuisset substituere vel يسلّم, vel مسلّم, quorum alterutrum melius congruere videretur cum antecedente nominativo كلّ. Jam vero, servato foem. genere تسلّم, partim adhibendus est locus in Sacyi Gr. Ar. II. p. 194 seqq. N. 332, partim, ne vel sic quoque lex, ibidem tradita p. 185 N. 311 in f., obstare censeatur, quominus cum plur. الملوك (quo nomine *naturae ratione praeditae* significantur) verbum sing. foem. jungi potuerit, versus supra editus p. 50 vs. ult., in quo eodem modo legitur: أنّ الملوك تخاف من أبنائها البنين.

(375) Hoc est, ut bene in scholio explicatur, et ex sequentis versûs sententiâ apparet: *cui nunquam inter Reges par alter exstiturus sit.*

(376) In scholio, ad لا غرو adscripto, animadvertenda sunt verba: وقد تجعل الباء مكان الواو, quibus, cum significent: *et nonnunquam vero litera Ba pro Waw substituitur*, auctor docere videtur, Arabes nonnunquam pro لا غرو dicere لا غرب. Exemplum tamen hujus rei mihi quidem non notum est.

(377) Vox ultima prioris hemistichii quomodo in Codd. scripta sit, ideo tam accurate tradidi, quoniam non plane mihi persuasum est, me veram lectionem in textu expressisse; si tamen ex Cod. G. bene edidi الحجى, non tantum non dubito, quin verba فى حكم الحجى ita ut feci vertenda sint, sed sensus quoque eorum cum loci ratione satis congruere videtur. Ea autem lectio, quae jam in Cod. L. offertur, الوقد, quod ad vim vocis attinet, non multum differt a receptâ: ut enim وقّاد *solertem* significat, ita τῷ وقد *solertiae* et *intelligentiae* notio analogiâ duce tribui potest, et praeterea a Schultensio ad Golium suum (conf. supra p. 67 in ann. 17) annotatum reperi, alicubi ذو وقد exstare ad *solertem* virum exprimendum. Unde, cum factum esse non nequeat, ut scriba hujus Cod. pro alterâ voce alteram fere συνώνυμον substituerit, tum facile vides, الوقد per ipsas metri leges probari neutiquam posse. Porro si in initio versûs vocem ان, ex Cod. L. receptam, e librarii sententiâ أنّ pronuntiares, aliquantum diversa haec foret verborum vis: *Non mirum est*,

gloriam ex (ipsius) intellectûs judicio (p. t. p.) q. t. f. a. effoeto utero esse: quod ut per se quidem non omnino ineptum est, ita universi tamen loci sententia multo melius procedit, si, pronuntiato أنّ, poëta hoc dixerit, arctissimo nexu hunc versum cum antecedente conjungens: *Nec mirum hoc est*, nempe *Reges omnes fateri, nullum tibi unquam parem exstiturum esse* (vid. schol. in ann. *a*)*: nam sana ratio, postquam perfectionem tuam consideravit, sponte suâ judicat, gloriam ad te creandum omnes suas vires exhausisse, nec unquam potis futuram, alterum unum, qui te aequiparet, producere.* Jam vero, antequam de causâ expono, cur lectionem أنّ maluerim recipere, quam quae in G. offertur, أمّ, scholion vertam, in quo ipsa haec explicatur: *Quod dicit*, mater gloriae, *licet in hoc dicto et similibus, ut genitivus subjunctus pro explicatione habeatur (que le rapport d'annexion soit explicatif), ut sensus sit:* mater quae gloria est. *Et subest adeo his verbis metaphora, quae facit ad corroborandam et probabiliorem reddendam (imaginem ipsam, quâ poëta porro usus est); ac nomen quidem quod metaphorae inservit, nempe* mater, *illud est quod genitivum sibi subjunctum habet (l'antécédent), nomen autem cui metaphora adhibetur, illud est quod in genitivo sequitur (le conséquent), nempe* gloria. *Nec metaphorae (legibus) contraria est hoc loco expressa mentio utriusque partis, quoniam eadem a comparatione non arcetur.* — أعقم *est praedicatum antecedentis* المجد. Ex hac translatione apparet, me verba ولا ينافي — التشبيه, longe aliter explicuisse, quam per textum editum exspectasses; quem cum parabam, lubens fateor me a vero eorum sensu procul aberrasse, et eâ de causâ primum quidem male pronuntiasse voces الاستعارة et ذكر, porro imprudentius etiam الطرفين mutandum proposuisse in الظرفية, ac denique verbum quod ante عن التشبيه legitur, quodque in Cod. quantum maxime potest obscure exaratum esse memini, sine dubio perperam edidisse ينبّه. Nunc post satis longam commentationem ipsa sententiae ratio mihi persuasit, eadem sic legenda esse: ولا يُنَافِي الاستعارةَ هُنا ذكرُ الطَّرَفَيْنِ لانه لا يُنْفَى عن التشبيه; quo autem vis eorum melius intelligatur, quam per nudam translationem adhuc effecero, disputationem Scholiastae meis repetam verbis: *Dictio* mater gloriae, *non ita accipienda est, ut genitivo solennis sua vis tribuatur, itaque poëta voluerit* mater quae gloriam peperit, *sed genitivus idem hîc exprimit, quod exprimi solet per appositionem: unde* mater gloriae *dictum est pro* mater gloria. *Ipsam igitur gloriam metaphorice* matrem *nuncupat, et ideo quidem, quoniam per figuratam dictionem quae sequitur eadem a lectore cogitanda est tanquam mulier quae filium peperit. Jam tamen nomini metaphorico* mater *nomen proprium* gloria *in genitivo subjunxit, perspicuitati consulens, cum alias in metaphorâ non soleat utrumque nomen, et metaphoricum et proprium, commemorari, sed hoc omisso illud unice exprimi. Quare si quis putet, poëtam ita dicentem metaphorae leges violasse, teneat, metaphoram hujus loci tam prope a comparatione abesse, ut quod huic privum est, id in illam hic transferri potuerit: si enim comparationis figurâ usus fuisset poëta, dixisset, utroque nomine expresso:* Non mirum est hoc: gloria enim, ut te instruxit et ornavit, similis est matri, quae ad unum filium pariendum omnes suas vires exhausit: *nunc autem, cum comparationi quam in mente habuit, externam speciem metaphorae induit, hoc tamen ab illâ mutuari potuit, quod proprium nomen metaphorico adderet.* Quod ad dictionem الطَّرَفَان attinet, ut vi suâ *duo latera, duas partes* significat, ita nemo dubitabit, quin eâdem τεχνικῶς *duae partes* vel *facies comparationis*, adeoque *res ipsa comparata et res quicum eadem comparatur*, exprimi queant. Unum hoc restat monendum, forte fieri posse, ut pro ينافي etiam substituendum sit ينفي, quo facto legeres: ولا يُنْفَى الاستعارةُ هنا ذكرَ الطَّرَفَيْنِ, *nec prohibet metaphora hoc loco ex-*

pressam mentionem utriusque partis, quanquam si يناف servas, sensus minime incommodus est. — Jam de re quae in quaestionem vocanda est videamus. Equidem non facile cum Scholiastâ consentirem, أُمّ المَاجِد simpliciter significare posse الأُمّ التي المَاجْد, itaque plane exprimi latino *gloria mater*, ut in eâdem linguâ dicitur ex. gr. *Terra mater:* cum enim voci arabicae أم, sic ut hoc loco nominibus praefixae, semper notio quaedam subsit *principii*, *causae*, aut *rei quâ altera velut fonte suo contineatur*, nescio an أم الماجد, vi propriâ genitivi casûs minime neglectâ, latine haud melius reddi posset, quam *Dea gloriae*, h. e. *adumbrata quaedam et ficta persona*, *quae gloriae effectrix esse eandemque oculis repraesentare cogitanda est.* Quod nequaquam speciosius hîc quam utilius monuisse videbor, si porro attenderis, ab ipso hoc sensûs discrimine quodammodo pendere judicium, utrum lectio أم teneri possit, an rejici debeat: si enim cum Scholiastâ consenseris, أم الماجد plane exprimi τῷ *gloria mater*, non offendet masc. genus vocis أَعْقَم, quae in fine versûs ut praedicatum ad أم الماجد refertur: nimirum adhibitâ eâdem lege grammaticâ, quam supra in ann. 374 citavi (Sacyi Gr. Ar. II. p. 194 seqq. N. 332), apparet, tum cum reverâ duobus illis nominibus *unius* tantum rei notio subjecta sit, nihil obstare, quominus praedicatum non ad antecedens sed ad consequens nomen relatum fuerit, uti in exemplis ibidem laudatis, cum كُلّ النَّفْس conjuncta sunt verba foem., cum رَحْمَة اللّه praedicatum masc., caet., quoniam geminatis his nominibus λογικῶς *una* tantum res: *omnis anima*, *misericors Deus*, exprimitur. Contra si mihi dederis, τῷ أم الماجد, vi linguae et usûs, non *unius* sed *duarum* rerum notionem subesse, ita a se invicem diversarum, ut *causa* a *re effectâ* distet, non facile eandem regulam valere contendes ad probandum masculinum genus praedicati, quod tum non modo grammatice sed logice etiam ad prius nomen referendum est: ut enim nemo arabice diceret: أُمّ هذا الغلام أَعْقَم, *mater hujus pueri jam effoeto est utero*, genus praedicati ad nomen posterius, non ad prius, accommodans, ita etiam in figuratâ hujus loci sententiâ non sine maximo quodam abusu dici potuisse censeam: أُمّ المَاجِد أَعْقَم, *mater*, effectrix, Dea, *gloriae jam effoeto est utero*, pro عَقْمَاء. Nec objicies quidem, unde tandem constet, vocem أعقم, aut per *formam*, aut per *significationem* suam, non *communis* esse generis? Si enim quod supra dixi, p. 181 in ann. 320, recte se habet, nempe vocem eam non formae أَفْعَل, foem. فُعْلَى, sed (ut *vitium* exprimens) formae أَفْعَل, foem. فَعْلَاء, esse, de hoc dubitari non potest, quin solennis quidem linguae usus plane aliter suadeat, quam formam أعقم hîc ut *communem* nomini foeminino adjectam esse: et a constanti earum formarum lege hanc vocem ob *significationem* suam excipi potuisse, ideo vix crederem, quoniam omnes voces, de quibus illud traditur (conf. Sacyi Gr. Ar. I. p. 251 seq. in annot.) formae plane diversae, nempe *participialis*, sunt. Quare haec consideranti, lectio, in L. oblata, أن, mihi antehabenda visa fuit lectioni أم, licet huic duplex sit auctoritas, et Cod. G., et Scholiastae satis antiqui; at partim non negabis, in tantâ similitudine literarum Noun et Mim finalium (certe ut in multis Codd. eae obscurius exarantur), facile fieri potuisse, ut jam pridem in aliquo Cod. pro أن substitutum sit أم, et semel casu quodam haec vox in textum invecta adeo congruere cum sententiae ratione visa fuerit, ut spretâ verâ lectione, hujus locum occupaverit; partim vero etiam moneo, magnam mihi suspicionem esse, scholion quod explicui non unius auctoris esse, uti autem major ejus pars ab aliquo profecta est, qui in textu أم legerit, ita ultima verba alii deberi, qui reverâ receptam

Profecto non illis (attributa) sunt, ut attributa tua splendida, a quibus in astris quae (prae reliquis) splendore excellunt, nota pulchritudinis conspicitur (378):
(In his) tua generis stirps, cujus humus pura est (379), et dominatus tuus, cujus in excelsum elata est dignitas, et gloria tua summa:

Conf. N. Arab. 1. 159 n. 12.

---

lectionem أن ob oculos habuerit; licet enim annotatio illa: أعقم خبر الماجد, primâ facie videatur tum demum opportuna esse, si per lectionem أمّ الماجد necessarium esset lectorem monere, unde masc. genus vocis أعقم originem haberet, contra vero plane supervacanea esse, si in auctoris exemplo exstitisset أنّ الماجد, nec igitur quaestio esse potuisset, cujusnam nominis praedicatum haberetur أعقم: hoc igitur licet primâ facie arguere videatur, necessario totum scholion ab eâdem manu profectum esse, tamen si rem accuratius expenderis, primum agnosces, eum, qui hoc ita addiderit ad lectorem monendum, *vocem* أعقم, *cum grammatice quidem ad nomen antecedens* أمّ *referendum fuisset, logice tamen ad consequens* الماجد *accommodatum esse*, mirum in modum brevitati studuisse, nec ut solent Arabes, causam explicuisse; ac deinde, si ea annotatio alicui accepta referenda sit, qui ita ut edidi, in exemplo suo legerit, gravem ei causam fuisse, cur id margini adscriberet, et simul non opus ei fuisse quidquam addere: qui enim primâ vice hunc versum legat, cum per verborum positionem facile opinari possit, vocem أعقم adjectivum esse (صفة) antecedentis nominis صِنْو, hoc autem qui sibi in animum induxerit, sententiam loci nullo modo assecuturus sit, ideo a librario quopiam, cum nihil aliud adhuc annotatum esset, hoc breviter monitum puto: أعقم *est praedicatum vocis* الماجد (*non* صفة *vocis* صنو), eadem vero verba in margine servata esse, cum posterior librarius suam de lectione أمّ الماجد annotationem adjecisset: et similis certe confusionis exempla etiam in aliis horum scholiorum locis mihi deprehendere visus sum (conf. supra p. 148 in ann. 241 et p. 199 in ann. 366). — Quod reliquum est, cum universâ hujus loci dictione conf. versus, in Hamasâ editus, p. 703 vs. 10 (quo tradunt Mohammedem laudari):

(الكامل) عَقِمَ النِّساءُ فما يَلِدْنَ شَبِيهَهُ إِنَّ النساءَ بمثله عُقُمُ

Ineptae jam sunt mulieres ad (talem) partum, nec in lucem edere huic similem possunt: profecto mulieres quominus parem ei proferant effoeto sunt utero.

(378) Conf. quae de hoc enuntiandi modo supra dicta sunt, p. 125 in ann. 183, et p. 200 in ann. 370; ac de figuratâ vi vocis أزهر in priore hemistichio, conf. ann. 239 in p. 147. — Quod ad scholion, voci ميسم adscriptum, attinet, non puto, verba ejus تلك التى تظهر in ullum sensum satis commodum explicari posse, nec dubito fere, quin pro التى ex ipso versu substituendum sit الخصال, et pro تظهر, يظهر, ut auctor scripserit: قوله ميسم — أثَرٌ (أثْر) (sic enim melius pronuntiari videtur, quam, ut in textu volui, أثَر) وعلامة اى أثر حسن تلك الخصال يظهر على النجوم الزهر: *Vox quâ utitur*, ميسم, *significat* signum *et* notam impressam; *sensus est:* signum pulchritudinis eorum attributorum conspicitur in astris splendentibus.

(379) Perperam mihi videor in textum recepisse lectionem Cod. G. المسدى, itaque jam errorem istum corrigens, vertendo expressi الثرى, quod in L. offertur: cum enim Arabes in maximâ laude ponant stirpem *puram*, h. e. *nullius proavorum dubiâ origine aut sordidis moribus contaminatam*, plane quidem certum

Ac mansuetudinis tuae montes late expansi sudant (380), et scientiae tuae mare exundat, et flamma acuminis tui ardet:

Missam fac commemorationem Sakhri et Ibn Sakhri (qui) ante eum (fuit), o tu

---

est, participio زَاكٍ hîc vim, inprimis ei propriam, *puri* tribuendam esse: quo posito, ut difficilis ad explicandum figura foret, si poëta scripsisset المَحْتِدِ الزَّاكِي النَّدَى, *stirps cujus ros purus est*, ita nemini displicebit dictio المحتد الزاكي الثَّرَى, *stirps cujus humus pura est*, cum facile pateat, poëtam ad *puram generis stirpem* transtulisse imaginem *plantae quae ex terrâ salubri nec impuris humoribus infectâ succrescens, vegeta ipsa et nitida conspicitur.* Nec lectionis varietas aliunde repetenda videtur, quam ex utriusque vocis scripturae similitudine. Sequentia verba السُّودَدُ السَّامِي الذَّوَائِبِ, proprie significare *dominatum cujus altae sunt antiae*, vel *crines in fronte propendentes*, in eum autem quem expressi sensum accipienda esse, ipsa lexica docent, cum tradant, vocem ذُؤَابَة a propriâ illâ *antiae* notione etiam ad figuratam *fastigii dignitatis* aut *nobilitatis* transferri solere.

(380) Apparet, me verbum يرحض pronuntiasse in formâ pass. يُرْحَضُ; cum tamen *sudandi* notio quae τῷ رَحَضَ subest, non *generalis* ea sit, quam hoc loco requireres (nam in lexicis certe legitur peculiarem vim habere *copiosius sudandi in fine paroxysmi febrilis*), multo magis mihi placeret, corruptam lectionem Cod. L. يرسغ in يرشح mutare, et hoc igitur verbo in textum recepto, legere: والحلم يَرْشَحُ هَضْبُهُ: *sudandi* enim notio, quae cum verbo رشح conjuncta est, quam latissime patet. Ipsa vero, quâ poëta utitur, dictio sic explicari potest, ut primum quidem figura *montium* ad exprimendam *magnitudinem* et *amplissimum ambitum* adhibita sit (conf. ann. 181 in p. 124), deinde vero eorundem, *copiosissimum rorem velut exsudantium*, imago (et solent enim montes, cum a propinquis nubibus perpetuo madeant, rorem exhalare inprimis densum; conf. interpp. ad Ps. 133: 3) ad notionem illam *magnitudinis*, notionem adjiciat *nobilitatis* et *praestantiae in suo genere summae:* ut voluerit: *Ac mansuetudo tua ut ad omnes pertinet, ita nobilissimae indolis indicia prodit.* Fateor tamen, me non parum offendere laudem *mansuetudinis*, hîc cum laude *scientiae* et *acuminis* conjunctam, praesertim vero quod in sequente versu eadem deditâ operâ praedicatur: quae ipsa forte causa est, cur librarius quispiam (vid. annot. crit. *h* et *i*) pro والحلم substituerit والعلم, et pro hoc والذكو; ut vero haec emendatio a neutrâ parte se commendat, ita alia multo commodior se offert, nempe ut putes, poëtam non والحلم, sed والحُكْمُ scripsisse, literam autem *Caf* jam pridem facillimo errore in *Lam* transiisse. Quâ voce restitutâ, tres animi virtutes, inter se quam maxime finitimae, *sapientia*, *scientia* et *acumen*, in hoc versu laudantur, et tûm quidem prima figura simpliciter sic explicanda est; ut cum dixerit poëta: *Ac sapientiae tuae montes sudant*, hoc voluerit: *sapientia tua adeo alta et sublimis est, ut imaginem ejus in rerum naturâ referre videantur montes illi excelsi, qui perpetuos vapores exhalant.* Conf. ex aliquâ parte Tebrizii comm. ad Hamas. p. 51 vs. 2. — In altero hemistichio unum hoc animadvertendum, quod pro longiore formâ الذَّكَاء, brevior الذَّكَا offenditur: de quâ poëtarum licentiâ conf. Sacyi Gr. Ar. II. 373 N. 687, et Ewaldi liber *de Metris C. A.* p. 15 versus fin., et Gr. Arab. I. 276 N. 405.

... hoc significat [illegible] cf. Tabari I. 132 vs. 6.

cf. Wakid. 94: 3 a f.

ὁ mansuetus, et (missam eandem faciant) alii qui ad mansuetudinem incumbunt (381):

Tibi est ignoscendi studium quale cadit in virum promtum, qui non amittit providam et firmam agendi rationem; et profecto si vi uteris, vis est illius qui non injuste opprimit.

Vocabuli perfectionis tu explicuisti significationem: nam profecto uti illud (antea) exsistebat, dubium erat et occulti sensûs (382).

Deo se probavit e moribus tuis vigilans a malo abstinentia, et firma ad pietatem adhaesio (383).

---

(381) Cum hunc versum edebam, necessario hanc sententiam verbis tribuendam opinabar: *Missam fac c. S. et I. S. q. a. e. fuit: tu enim (solus) ὁ mansuetus es, et alii (omnes) ii sunt qui mansuetudinem simulant:* unde, cum notio illa *simulandi mansuetudinem* non 5ae, sed soli 6ae formae verbi حلم adscribi possit, consequens fuit, ut hanc pro illâ in textu substituendam judicarem. Jam vero, postquam vidi, locum ita ut in translatione factum est, servatâ Codicum lectione, optime explicari, nullus dubito, quin conjectura proposita falsa sit et rejicienda. Vult igitur poëta: *Desine celebrare nomina et exempla Sakhri et Ibn Sakhri, o tu qui κατ' ἐξοχὴν mansuetus dici mereris, nec eosdem amplius commemorent illi, quibus curae est mansuetos evadere, sed tuum potius nomen praedicent, tuumque intueantur exemplum.* Quintae autem formae تحلّم peculiarem vim subesse τοῦ *operam dare mansuetudini*, docet Djauharius, scribens:

وتحلّم تكلّف الحِلْمَ قال

(الطويل) تَحَلَّمْ عَنِ الأَذْنَيْنِ وَٱسْتَبْقِ وُدَّهم ولن تستطيعَ الحلمَ حتّى تَحَلَّمَا

Operam da mansuetudini, ea non curans quae auribus percipis, et superstitem serva amicitiam illorum: nec enim poteris mansuetus esse, donec strenuam operam dederis huic virtuti comparandae.

Ad duo illà nomina quod attinet, ut ratio loci indicat, viros spectari mansuetudinis laude inprimis celebratos, ita certum quidem est, *Sakhri* nomine hîc dici Ahnafum (conf. Ibn Khall. Ind. N. 304, et Rasmusseni *Additamenta* p. 16 init. Arab.); quem autem nomine *Ibn Sakhri* poëta significaverit, plane non assecutus sum: unum hoc apparet ex addito قبله (in quo lusus quidam animadvertendus est, cum ipsa nominis forma contrarium exprimere soleat), eum *ante* Ahnafum vixisse, nec igitur Mohammedis aetatem attigisse.

(382) Per solitam vim vocum, inter se oppositarum, لَفْظٌ et مَعْنًى, prioris hemistichii sensus satis apertus est; posterius autem in hunc proprie modum exprimendum fuisset: *nam profecto (antea ea vox) exsistebat*, ὄνομα *illud quod (a Grammaticis)* τὸ *obscurum et occultum dicitur.*

(383) Quod ad vocem ثَقِف attinet, ei non minus notio viri *acris et vigilis in agendo*, quam *acuto et perspicaci ingenio praediti* subesse videtur. Sequentibus autem verbis figura continetur, sic proprie vertenda: *et nodatio in pietate, firmiter instituta:* unde conferendus est versus supra editus, p. 26 vs. ult. (coll. ann. 106 in p. 93), et locus in *Vitâ Timuri*, T. I. p. 152 vs. 2: ولئن عُقِدَتْ على التوجّه الى ديارنا نيّته, *quod si autem nodatum*, h. e. *omnino infixum*, *sit in adeundis regionibus nostris propositum ejus* —: quorum locorum cum alter demonstret, praep. ب hîc bene se habere, tum utriusque ratio facile persuadet, dictionem quae hîc offenditur non ex omni parte eandem esse: ibi enim legitur aliquis vel *oculos suos*, vel

Ex quo fiduciam tuam in Illo collocasti, auxilio suo continenter exstitit adjutor tuus qui nunquam ope destituit (384).

Quo pacto persolverem debitum (385) quod mihi imposuerunt beneficia tua, quae largam (in me) pluviam effuderunt, qualem effundere solet nubes copiosum imbrem emittens.

Equitare me fecisti in dorso Boötae (386) per dignitatem excelsam, cujus splendoris humerus (numerosâ multitudine) non premitur (387),

---

propositum suum in re, vel *super re*, *nodasse*, hîc autem, cum appareat, nomen actionis عَقْد *passive* sumendum esse, *ipse Motamed in pietate nodatus esse*, vel *se nodasse* dicitur (عَقَدَ بِالتُّقَى). Dubium tamen nullum est, quin hoc etiam bene se habeat, et *Motamedi animus ad pietatem pronus eidemque firmissime adhaerescens* exprimatur. Quae in G. exstat lectionis varietas, ei non multum, puto, pretii tribuendum est: quod enim عقد in عَدْل, *aequitas*, mutatum est, manum agnoscis, quae praeter necessitatem medelam adhibere sententiae voluerit; quod vero pro مستحكم successit متحكم, deberi videtur obscuro ductui, quo saepe in Codd. litera Sin, in mediis vocibus posita, exaratur; postquam autem pro 10â formâ quinta substituta fuit, facile etiam ab incauto librario (cum putaret, بالتقى cum متحكم construendum esse) pro ب huic addita est praep. فى, utpote unice ei propria: jam ergo, ut ista lectio se habet, necessario verteres: *et aequitas quae in pietatem dominium exercet.*

(384) In initio versûs cognomen Regis, المعتمد على الله, spectari, facile vides. Accusativus autem adverbiascens دَأَبًا, cum proprie significet *ex more*, facili flexu hinc ad illud quod expressi transfertur; et eadem vis, nisi fallor, ei subest in loco Corani, Sur. 12: 47, in quo verba تَزْرَعُونَ سَبْعَ سِنِينَ دَأَبًا vertenda puto: *terrae mandabitis semina per septem annos continenter*, h. e. *per septem annos continuos.*

(385) Eâdem dictione poëta supra usus est, p. 38 vs. 3.

(386) De imagine Boötae, in cujus dorso se equitare fingit poëta, gloriosissimum dignitatis gradum exprimens, conf. supra ann. 142 in p. 103. Animadverte vero usum 4ae formae أمطى, quae hîc cum gem. accusat. constructa, significat: *fecit ut in illo equitaret.*

(387) Cum textum parabam, adeo mihi persuasum erat, formam علياء, quam Cod. L. perspicue offert, male se habere, ut nullus dubitarem, quin ex Cod. G. عليا edendum, et sequens منكب metri causâ مَنْكِب pronuntiandum esset. Jam tamen, ut sentire coepi, sententiam loci sic nequaquam expediri posse, eandemque postulare, ut مَنْكِب pronunties, de formâ istâ accuratius inquisivi, et in Camouso sequentia reperi: عَلْيَاءُ والعَلْيَاءُ السماءُ وراسُ الجبلِ والمكانُ العالى وكلُّ ما علا من شىءٍ والفَعْلَةُ العالية: *Vox* علياء *significat* coelum, *et* cacumen montis, *et* locum excelsum, *et* omne quod summum est de re, *et* actionem nobilem. Quare cum certum sit, formam eam, in lexica non receptam, nihilo tamen minus usitatam esse, et porro ipsa ratio ejus arguat, non *substantivum* esse, sed *adjectivum foemininum*, (ut فَعْلاء, ductum a masc.

Et neglexisti illos, qui ob tuam (gratiam) mihi invident, et omnes illi dolentes p. 59.
queruntur de visceribus aegrotis et de naso in arenam depresso (388).
Fidum (tibi) monitum dederunt adversarii, ut ipsi perhibuerunt; at tu probrose
eos repulisti: et fraudulentus enim dolus fidis quibusdam monitis insertus est (389);
Avertitque eos constantia, cujus aequabilitatis canna est (canna) laevis cujus lumbus durus est quando tentando exploratur (390);

(أَفْعَل), quod *neutro* sensu acceptum, ea significet quae Camousi auctor enumerat: nullo modo mirum est, si poëta hoc loco eandem pro adjectivo nomini foeminino رُتْبَة adjecerit, itaque expresserit *dignitatem excelsam* (non *celsissimam*, quae vis alteri formae عَلْيَا subesset). Universum igitur locum jam sic pronuntiandum puto: بِرُتْبَةٍ عَلْيَاءَ مَنْكِبُ عِزِّهَا لا يُزْحَمُ, nec opus fere est ut figuram in fine versûs obviam explicem, quippe quâ facile vides hoc simpliciter exprimi: *cujus splendor longe eminet et in suo genere est unicus*, imagine sumtâ a magnâ hominum frequentiâ, qui sibi invicem humeros premunt.

(388) Verba figurata significant: *omnes illi aegre ferunt honorem in me collatum, seque a te mihi postpositos esse;* conf. supra p. 39 vs. 3.

(389) Verba فِي زَعْمِهِمْ nostrates verterent: *naar hun voorgeven.* Posteriore autem hemistichio poëta hoc voluit: *et est enim genus quoddam monitorum, ad speciem fidorum, quibus tecte dolus et fallacia inserta sunt.*

(390) *Canna* خَلْقَاءُ cum ea dicatur, quae *ab omni parte laevis et aequalis et integra est, nullâ aut fracturâ aut fissurâ aut cavitate depravata*, perquam commoda imago est ad *animi aequabilitatem* exprimendam. Cum hac autem notione poëta, eandem imaginem persequens, conjunxit aliam plane finitimam, *animi firmitatis*, cum dicat: *canna laevis cujus lumbus durus est.* Quae verba quid proprie significent, mihi quodammodo dubium videtur: nam aut in hunc sensum ea accipere potes, ut, quemadmodum *virum robustum* non inepte diceres *virum crasso duroque lumbo* (صُلْبُ الْمَتْنِ), cum in *lumbis* praecipua sit roboris sedes, ita hoc loco ipsa haec dictio figurate ad *cannam* translata, nec alia igitur vis verbis subjecta sit, quam *canna laevis quae firma et robusta est* (cujusmodi eae esse solent, ex quibus Arabes hastas suas parant): aut putare licet, voce مَتْن, ut peculiare membrum corporis animantium, ita peculiarem etiam partem *cannae*, aliquo modo illi ἀνάλογον, ex usu linguae exprimi; quod quidem satis verisimile est, cum in Arabum et nostris lexicis notatum reperiatur, مَتْنُ السَّهْمِ, *lumbum sagittae*, dici مَا دُونَ الرِّيشِ مِنْهُ إلى وَسَطِهِ, *eam partem quae infra alam agglutinatam ad mediam usque sagittam pertinet*, ergo *partem crassiorem:* unde eâdem ratione τῷ مَتْن القَنَاةِ, *pars crassior cannae*, sive *ea quae fere ab intimâ cannâ ad mediam usque pertinet*, exprimi potuit. Utrum horum verius sit, ipse lector judicet: hoc tamen moneo, si prius quidem placeat, verbum ultimum ita ut edidi legendum esse, utpote per logicum sensum potius ad vocem خلقاء, quam ad متنها referendum (*canna laevis, quam firmam esse et robustam apparet, si quis tentando explorat an frangere eam possit*); contra vero, si posterius probaveris, et, quod consequens videtur, ultimum illud verbum ad proximum nomen متنها retuleris, tutius esse, ut ex Cod. L. mascul. genus يُعَاجَمُ restituas, cum in Djauharii libro hoc nomen etiam tum, cum proprio sensu geminam corporis partem significat, non *foeminini* tan-

Ac mendacium eorum erat compositio aëris, at repulit eos poësis (qualis ea est) ex quâ monilia incantationis componuntur (391):

Intendisti ex illâ (poësi) in improbos cuspides, quae penetrarunt, cum non raro fiat ut retusa deficiat cuspis acuta, acri acie praedita (392).

Agmina tota latrabant; tu vero rugivisti rugitu uno increpantis, (qualis is est) quo terret caniculam leo mordax (393).

O utinam nossem, utrum rediturus sit insipiens ille inter eos (qui carmen istud protulit), an a latratu eum prohibuerit capistrum illud (injectum) (394).

---

tum, sed etiam *masculini* esse generis legatur. Caeterum, evidens est poëtam voluisse: *Et avertisti eos ut vir immotus animi, cujus aequabilitas major est quam ut calumniis infringi et ad iram deflecti queat.*

(391) Formam زَقَّا (Cast. male scripsit زُقَّا) Firouzabadius in Camouso commemoravit, dicens: وَالزَّقَّا الباطل والكذب الخ: *Vox* زَقَّا *significat* id quod inane est, *et* mendacium, caet. Porro vides, poëtam ludere diversâ vi vocis نَظْم, quâ in priore loco ut *nomine actionis*, in posteriore ut *substantivo*, *poësin* significante, usus est. Cum autem *aëris* compositio admodum rara et exilis sit, ejusdemque cohaerentia inprimis tenuis, non difficilis ad explicandum est hujus loci figura, ac patet sensum ejus esse: *Et cum isti mendacium suum tam infirme et inaniter construxissent, ut exilitate aërem referret, opposita huic fuit poësis summâ eloquentiae vi insignis.* Cum posteriore hemistichio conf. Ibn Khacanis verba, supra edita p. 19 vs. 1 a f.

(392) Vox plur. غُوَاةٌ, ducta a sing. غَاوٍ, pp. *errantes* significat, inde vero etiam sat facili transitu *improbos.* In fine versûs aut utraque vox, الطَّرِير et اللَّهْذَم, *adjectiva* sunt, quibus ex priore hemistichio supplendum substantivum السِّنَان, *cuspis*, aut prior earum hîc *substantive* est posita, et ipsa *cuspidem acutam* significat: quod si verius videatur, in lexicis notandum est. Caeterum, sententia versûs hic est: *Tu praeclaro illo carmine tuo improbos istos velut hastâ petivisti; et telum quidem illud fieri non potuit quin eos oppnimeret, cum acutissima etiam hasta non raro retusa deficiat.*

(393) Animadverte formam *unitatis*, زَأْرَةٌ, ductam a زَأْرٌ, *rugitus.* Per propriam autem vim verbi زَأَرَ, et solennem usum adjectivi ضَيْغَم apparet, nomine سَبَنْتَى, quod proprie *adjectivum* est et *audacem* significat, hîc *substantive* posito, non *leopardum* (ut unice in lexicis traditur), sed *leonem* exprimi. Conf. ex parte versus supra editus, p. 30 vs. 4, adhibitâ ann. 131 in p. 100.

(394) Vocem ultimam pronuntiavi الْمِكْعَمُ, ut sit *nomen instrumenti*, ductum a كَعَمَ, *capistravit;* posset tamen etiam pronuntiari الْمَكْعَمُ, et haberi pro nomine, quo proprie quidem *tempus actionis*, deinde vero liberius *ipsa* etiam *actio* significatur, ut sensus sit: *an a latratu eum prohibuerit tempus illud quo capistrum (ei) injectum est*, vel *capistratio illa.* Neutra forma in lexicis exstat, nec etiam illa, quae in marg. Cod. G. ut varians lectio notata est, الأكعم, quam, si quem sensum hîc offerat, necessario habendam puto pro formâ *intensivâ* (الأَكْعَمُ), ut verteres: *an a l. e. p. vir ille, qui tam pulcre injecit capistrum;* quod tamen ideo jam improbarem, quoniam et in antecedente et in sequente versu ipsum Motamedum poëta alloquitur.

Mihi a te contigit — liquescat invidus ardendo — gratia liberalissima tam dignitatis (splendidae) quam (lauti) domicilii assignati (395),

Et (identidem contigerunt) augmenta fortunatae conditionis, quae non desinit conspici recenti juventute nitens, dum (alia) quaevis fortunata conditio senescit.

Nequaquam apud te neglecta fuit propensio mea, irrita facta, neque oculis tuis subducta latuerunt benemerita mea priora (396);

Minime vero; sed amplificata sunt religiosâ observatione et curandi fidelitate clientelae jura, firmis instructa ansis, quae non frangentur (397).

Sane vero terram permeabit gratiarum actio ad diversissimas ejus partes pervasura, quam a me (profectam) alter alteri referent (hominum) consessus (398):

---

(395) Non dubito jam, quin haec verborum vis sit: quare in textu pro والمَحَلّ restituatur والمُحَلّ.

(396) De vi formae مُصَاغَبَة supra dixi, p. 144 seq. in ann. 232; ac de potestate verbi خَفِيَ conferenda est in p. 168 ann. 289 in f.

(397) Sensus est: *Tantum abest, ut tu istis obsecutus calumniis, animum meum tibi dudum devinctissimum meritaque mea oblitus neglexeris, ut ipsâ hac opportunitate, cum de fide meâ nequaquam addubitans tuitus sis et sustinueris necessitudines quibus apud te fruebar, harum securitatem longe etiam magis stabiliveris, et quam firmae certaeque sint, pulcre demonstraveris.* Quod vero ad imaginem *firmarum ansarum* attinet, ea, ut Willm. jam in lex. notavit, apud Arabes minime insolita est; variae tamen inde sumtae translationes variis modis explicandae sunt: hic cogitandum de urnis vel amphoris, quarum *firmae ansae* efficiunt, ut ipsae inter ferendum salvae maneant, nec e manibus portantium elapsae et in terram cadentes frangantur.

(398) Cum ita ut in textu factum est, hunc versum edebam et verba ejus pronuntianda indicabam, hunc opinabar ejus sensum esse: *Sane vero terram permeabunt gratiae, viro usu cognito* (h. e. *qui qualis quantusque sit, haec experientia docuit*) *actae, quas a me* (*profectas*) *alter alteri referent hominum consessus*, nempe ut pronomen هم in voce ultimâ منهم, referretur ad nomen non expressum, *homines*, cujus notio lateret in nomine الأرض, *terra*, quod in priore hemistichio antecessit. Ut vero jam tum satis molestum id esse sentiebam, ita nunc mihi plane persuasum est, lectionem illam منهم mendosam esse, et pro eâ restituendam ex Cod. L. متهم, quam vocem tum sensu carere putabam, quod ultimam prioris hemistichii, منجد, male intellexeram. Totum igitur versum jam sic lego et pronuntio:

فَلْيَخْرِقَنَّ الأرضَ شُكْرٌ مُنْجِدٌ مِنّى تَنَاقَلُهُ المَحَافِلُ مُتْهِمُ

nec ad explicationem quidquam requiritur, quam ut voces متهم — منجد quam proxime inter se junctas esse et utramque ad nomen شكر pertinere teneas, et porro (cum verba sic proprie vertenda sint: *S. v. t. p. g. a., et ad altiores Nadjdi oras* (نَجْد), *et ad depressiores Tihamae* (تِهَامَة), *pervasura, quam a me* caet.) ut conferas Ibn Khacanis locum, supra editum, p. 20 vs. 4 a f. (coll. ann. 22 in p. 71), in quo similis plane dictio exstat, hoc solo discrimine, quod pro verbo أتهم, ibi eâdem potestate verbum غار, offenditur. Caeterum, 6am formam verbi نقل (et evidens enim est, تَنَاقَلُهُ hic dictum esse pro تَتَنَاقَلُهُ) construi cum acc. rei, *quam sibi invicem tradunt* homines, apparet et ex Deut. 33: 3, et ex loco *Vitae Timuri*, T. I p. 18 vs. 9 seq. (in quo pro وهم ذلك يتناقلون الخ, ut in Mangeri edit. legitur, ex Golii edit., p. 5 vs. 11, restituendum est: وهم فى ذلك يتناقلون الخ).

Moschus ille fragrans (tantae generositatis) erit aroma, cujus odor perceptus suavis erit odoratui animorum (399);

Quando vero rami nobilium factorum laxi pendent, columbi loco (in iis) est encomium horum modulate resonans (400):

Gloria erit os a tuâ curâ (aliena jura) tuendi subridens, et honor erit vestis a tuâ fidei constantiâ (excellentiae) signo notata (401).

Salvus tu velim esto quamdiu stet mundus: es enim decus ejus; et fruere vitae felicitate: ipse enim (alios) beneficentiâ beas (402).

---

(399) In fine versûs male edidi الْمُتَنَسِّم; legendum est in pass. formâ الْمُتَنَسَّم. Quod vero ad vocem سَطُوع, ut in G., vel سَطِيع, ut in L. offertur, attinet, utraque forma per linguae rationem bene se habet, cum a verbis neutris formae فَعُول et فَعِيل, eâdem potestate ac فَاعِل, duci soleant (conf. Sacyi Gr. Ar. I. p. 230 N. 621); cum ergo verbum سَطَعَ significet: *diffusus fuit, late fragravit* odor, utrâque illâ formâ exprimi potuit odor *late se diffundens, fragrans.* Et altera quidem earum in lexicis plane desideratur, alteram vero commemorarunt non ut *adjectivum*, sed quasi *substantivum* esset, *auroram* significans; quam specialem notionem ortam esse vides e generali *rei late se diffundentis.* — Caeterum, poëta in hoc versu causam explicat, cur omnes terrae incolae, suum imitati exemplum, Motamedo gratias acturi et laudes ejus longe lateque propagaturi essent, videlicet *quod generosissima illa ejus agendi ratio, omnium judicio se probatura, mirum quantâ eos voluptate et admiratione affectura esset.*

(400) Generale hoc effatum, quod, si figurae involucrum demseris, huc simpliciter redit: *Quando vero nobilia facta se exserunt, simul ut comes eorum laus exsistit,* poëta antecedenti versui hoc sententiae transitu subjunxisse videtur: *Et uti vulgo solet fieri, ut nobilia facta laus comitetur, ita omnes, quibus tuum illud nobile factum ad aures perveniet, maximâ illud laude celebraturi sunt.* Quod vero ad ipsam imaginem attinet, conferendus est versus supra editus, p. 27 vs. ult., et porro tenendum, figurae rationem hanc esse, ut, sicuti columbae residere et modulatos gemitus suos edere in arborum ramis laxe pendulis solent, ita ad generosorum factorum ramos eorundem laus adhaerescere et columbinâ voce sonare fingatur.

(401) Vult credo: *Quae quidem tibi debita laus tanta apud omnes erit, ut gloria, si os ea esse cogitatur, a tuâ illâ fide gratiam risûs mutuatura sit; si vero vestis, ab eâdem illâ tuâ virtute suam excellentiae notam intextam habitura sit.* Prior figura satis est facilis; ad posterioris intelligentiam hoc unum monendum, τῷ بُرْدٌ مُعْلَمٌ proprie quidem nihil aliud exprimi quam *vestem* a fullone aut textore *notâ signatam, quâ ipsi privâ ab aliis vestibus distingui possit,* hanc vero notionem *signo* distinctionis *notandi,* et in verbo أَعْلَم et in aliis similibus (conf. ann. 240 in p. 147), saepe arctius contractam abire in notionem *signo* excellentiae, vel eximii pretii, *notandi.*

(402) Animadverte hunc usum 5ae formae تَسَوَّغ, cum acc. rei constructae, et conf. locum supra editum, p. 39 vs. 1. Quod vero attinet ad vim, voci نُعْمَى hîc tributam, in Camouso legitur: النَّعِيم والنُّعْمَى بالضم الخَفْض والدَّعَة والمال: نَعِيم *et pariter* نُعْمَى *significant* vitae commoditatem *et* tranquillitatem *et* opes.

Quae post pag. 212 ad hoc Prolegomenorum caput adjicienda sunt, brevi prostabunt; tum vero progrediar ad edendam priorem Ibn Zeidouni epistolam et Ibn Nabâtae commentarium, simul secundum Prolegomenorum caput traditurus: quorum tertium denique una in lucem prodibit cum alterâ Ibn Zeidouni epistolâ et Safadii ad hanc commentario. Curabo tamen continuando paginarum censu, ut diversae Prolegomenorum partes uno volumine includi possint: ipsis Ibn Nabâtae et Safadii libris suum singulis volumen tribuetur.

Praeter meos et operarum errores, quos jam passim aut suo loco, aut alibi opportunitate oblatâ (conf. ann. 226 in p. 140, ann. 262 in p. 157, et ann. 335 in p. 188), indicavi, sequentes etiam a lectore corrigi velim:

Locus				
Pag. 4 vs. 5, et p. 5 vs. 8 a f.	pro *Ibn Khallecanis*	leg. *Ibn Khallicanis*		
« 7 in ann. 5 vs. 3 a f.	post *p.* 201	add. (*conf. ibid. p.* 84 *vs.* 10 *seqq. a f.*)		
« 14 in annot. vs. 4 a f.	pro السّعادة	leg. السَّعَادَة		
« 23 vs. 13	pro بختاس	leg. يختلس		
« 29 vs. 7 annot.	pro الجُرْح	leg. الجَرْح		
« 43 vs. 5 a f. annot.	pro والمسكُ	leg. والمسكِ	conf. ann. 306 in p. 176.	
« 44 vs. 12	pro جَمْر	leg. جُمْر		
« 48 vs. 1 annot.	pro حعل	leg. جعل		
« « vs. ult. annot.	pro لانناد	leg. لانفاد		
« 51 vs. 5	pro ٣٤	leg. ٢٤		
« 52 vs. 6 annot.	pro بى	leg. بن		
« 54 vs. 13 annot.	pro مؤكّد	leg. مؤكّد		
« 66 in ann. 15 vs. 7	post بينها	add. (l. بينهما)		
« 87 in ann. 81 vs. 3	pro *vs.* 7,	leg. *vs.* 7),		
« 93 in ann. 104 vs. 10	pro *incedemus*	leg. *incessimus*		

p. 13. pro Omaris leg. Mohammedis.
16 vs 1 a f. pro alio leg. alia.
p. 16 ann. 1 vs. 1. pro de leg. de.
19 vs. 15 pro I. khall. leg. I. khall.
p. 21. vs. 9. pro حفظا leg. حفظا.
p. 71 in ann. 22 pro (النجد) leg. (نجد).

Pag. 96 annotatio 116 in hunc modum immutetur: تَصْهَال *est nomen actionis, quod in lexicis non offenditur; referendum vero est ad* 1am *formam verbi* صهل, *et per naturam suam significationem habet magis auctam et intentam; conf. Sacyi Gr. Ar. I. p.* 199 *seq. N.* 535.

d. Ewald Gr. I. 165, 389.
eandem vocem in Grang. Anth. p. 6:10.

« 97 vs. 6 — pro *interrogaverunt* — leg. *interrogaverint*
« 103 in ann. 142 vs. 9 — pro *illa contra* — leg. *haec contra*
« 122 in ann. 177 vs. 1 — pro *poëta n* — leg. *poëta in*
« « « « « vs. 2 — pro *enimi in* — leg. *enim ii in*
« « « « « 6 — pro الظلاء بالعشاء — « الظلام بالعشاء.
« 124 « « 181 vs. 5 — « خضوا — leg. خضوا
« 166 « « 286 « 2 — « (جملة حاليّة — leg. (جملة حاليّة).
* « 178 « « 314 « 8 — « oxplicarej. — « explicares.

69 pro عيشة leg. عيشة

72 in ann. 297 vs. 7 — pro hoc – caput — leg. hanc – partem.

« 211 « « 398 « 9 — « متّهم — « مُتّهِم.

❁

THESES.

I.

Lingua Hebraea illiusque sorores adeo in formis grammaticis sibi mutuo sunt similes, ut ex diligenti et prudenti earum comparatione probabilius linguae primaevae, unde omnes eae fluxerunt, speciem possis agnoscere.

II.

Vocum nonnullarum in variis linguis, cum sono tum significatu similium, convenientia communem sermonum originem minime probat, nisi eorundem in praecipuis formis grammaticis interior nexus et cognatio accesserit.

III.

Qui sine accuratâ legum grammaticarum scientiâ et observatione in Arabum libris edendis atque interpretandis versantur, disciplinae multo magis nocent quam prosunt.

IV.

Ad hanc scientiam augendam et subtiliter expoliendam inprimis necessaria est diligens Corani et poëtarum Arabum, praesertim vero etiam commentariorum ad eosdem scriptorum, tractatio.

V.

Quod adeo verum videtur, ut qui praecipuam operam in historicorum libris explicandis ponere, et rerum gestarum, non item linguae, notitiam inde augere cogitent, his etiam omnino commendandum sit, ut Corani et poëtarum lectionem minime negligant.

VI.

Qui vero poëtas Arabum propter ipsorum praestantiam legat, si non sensu carere, certe otio suo abuti videtur.

VII.

Ridicula est ea Sacri Codicis interpretatio, ut quod singuli verum esse sive in historiâ sive in religionis doctrinâ censeant, illud ipsum a scriptoribus narrari et doceri cogant: quare oportet interpretem, sepositâ quaestione de eo quid verum sit, diligenter et religiose explorare, quid ipsi scriptores voluerint.

VIII.

In Exodi libro inter alios hi loci corrigantur: Cap. V: 5, pro וַיֹּאמֶר פַּרְעֹה הֵן־רַבִּים עַתָּה עַם הָאָרֶץ וְהִשְׁבַּתֶּם וגו׳, lege: וַיֹּאמֶר פַּרְעֹה הֵן־רַבִּים עַתָּה הָעָם וְהִשְׁבַּתֶּם וגו׳; Cap. VI: 13, pro וַיְצַוֵּם אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאֶל־פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרָיִם וגו׳, lege: וַיְצַוֵּם אֶל־פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרָיִם וגו׳; Cap. VII: 11, pro וַיַּעֲשׂוּ גַם־הֵם חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם בְּלַהֲטֵיהֶם כֵּן, lege: וַיַּעֲשׂוּ גַם־הֵם בְּלַהֲטֵיהֶם כֵּן; Cap. XV: 2, pro עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ וגו׳, lege: עָזִּי וְזִמְרָתִי יָהּ; et Cap. XX: 21, pro בְּכָל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר אַזְכִּיר אֶת־שְׁמִי וגו׳, lege: בְּכָל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר תַּזְכִּיר אֶת־שְׁמִי וגו׳.

IX.

In loco Petri, 1 Ep. II: 7, verba: λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, Καὶ, delenda videntur, et cola igitur 7um et 8um in hunc modum inter se conjungenda: Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου κ. τ. λ.

X.

Laudamus eorum hominum diligentiam et doctrinam, qui nostrâ vel patrum nostrorum memoriâ de variis scriptis Hebraïcis, Graecis, Latinis, aliis, utrum genuina an spuria essent, argumentis in medio positis disputaverunt. Etsi negandum non est, praesentis aevi scepticismum hac in re subinde extra fines evagatum esse, quos prudentia et sana ratio nos excedere vetant.

XI.

Non haec est veterum Graecorum et Latinorum vera imitatio, ut externa sermonis species, nedum ut opiniones et commenta, sed ut sensus pulcri eorum et in rebus tractandis elegantia, quantum fieri possit, exprimantur. Quod ut in prosâ oratione, ita non minus in poësi valet.

XII.

Lingua Latina per naturam suam parum digna videtur, quae eruditorum reipublicae communis lingua evaserit.

XIII.

Praestat de multis rebus latine quam patrio sermone scribere, inprimis vero de rebus, ad Theologiae disciplinam pertinentibus, de quibus pro indoctâ multitudine disputare et nihil attineat et ipsis noxium sit: quare incaute ii agere videntur, qui si quis latine de ejusmodi argumento scribere incepit, patriâ linguâ usi de scripto ejus publice exponunt.

XIV.

Qui indolem Islamismi artibus et disciplinis excolendis inimicam et contrariam putant, hi majorem hodiernae Turcarum, quam Arabum medio aevo conditionis rationem habuisse, atque adeo religioni adscripsisse videntur, quod barbarae gentis ingenio tribuendum est.

XV.

Quas tamen disciplinas Arabes a Graecis acceperunt, easdem observatione multum auxerunt, inventione parum.

XVI.

Magna pars historiae Byzantinae sine accuratâ rerum per Orientem gestarum scientiâ intelligi et explicari nequit.

XVII.

Omayadarum in Hispaniâ imperii ad perniciem ruentis maximum momentum fuit nimia Ameridarum familiae auctoritas.

❁











